## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

+ *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
+ *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
+ *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
+ *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página `http://books.google.com`

# Fabii Planciadis Fulgentii v. c. Opera

Fabius Planciades Fulgentius, Saint Fulgentius ...

Digitized by Google

Digitized by Google

# PLANCIADIS FULGENTII V. C.

# OPERA

ACCEDUNT

BII CLAUDII GORDIANI FULGENTII V. C.

DE AETATIBUS MUNDI ET HOMINIS

ET

ULGENTII EPISCOPI SUPER THEBAIDEN

RECENSUIT

**RUDOLFUS HELM**

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI
MDCCCXCVIII

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

# FABII PLANCIADIS FULGENTII V. C.

# OPERA

ACCEDUNT

FABII CLAUDII GORDIANI FULGENTII V. C.

DE AETATIBUS MUNDI ET HOMINIS

ET

S. FULGENTII EPISCOPI SUPER THEBAIDEN

RECENSUIT

**RUDOLFUS HELM**

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI
MDCCCXCVIII

Digitized by Google

L 32.100.56

HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY
46×292

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI

Printed in Germany

Digitized by Google

## OTTONI PLASBERG S.

Quoniam iniucundum quod dixit Reifferscheidius Fulgentii edendi opus perfecimus et in lucem iam prodituros est auctor cui per tot menses uel annos summam nauauimus operam, nescio cui potius horum studiorum fructum donem quam tibi, amice carissime. Nam quamquam non desunt quibus etiam atque etiam gratum animum praestare uelim, tamen uiris illis doctrina pariter atque auctoritate praestantibus hoc tenue munusculum offerre non audeo. At te, qui mihi omnibus in causis siue ad commune litterarum studium siue ad alias res pertinent amicitia sincera et singulari praesto esse soles, hoc donum quantulumcumque est aspernaturum non esse spero, praesertim cum omnibus in quaestionibus et grammaticis et historicis, quibus hic auctor iucundissimus mihi ex iniucundo factus est, ipse studiose comitatus me coercendo incitando, laudando refutando adiuueris, ut nulla fere pagina tuo subsidio caruerit. Uale.

---

Fabium Planciadem Fulgentium hominem Afrum fuisse nobili loco ortum iam pro certo habere licet, cum et ipse se Romanum esse neget (p. 86, 11) et librorum de aetatibus mundi et hominis, quos quin idem scripserit[1]) dubitari uix potest, auctor linguam Libycam suam esse dicat (p. 131, 7). Neque magis haeremus inquirentes, quanam aetate floruerit, quoniam omnia argumenta eum saeculo V exeunte, ineunte sexto uixisse euincunt. Nomina autem Claudii Gordiani, quae auctori libri de aet. m. qui inscribitur attribuuntur, cum iam Planciadi recte adscribi uideantur, quaestio exoritur, quod inter eum et episcopum Ruspensem intercedat

1) cf. Philolog. LVI 253 sqq.



Digitized by Google

uinculum, cuius pater Claudius, auus Gordianus appellantur. Et nos quidem eam ita discernere posse nobis uidemur, ut eundem auctorem prius illa opera leuidensia et quae modestia simulata spiritum quendam prae se ferant conscripsisse iudicemus, deinde multis annis transactis et animo permutato cum ipse quibus esset uitiis satis perspexisset monachum factum et uictum emendasse et sermonem.[1]) Quod si aliqua cum probabilitate protulimus, certo testimonio Fulgentii Ferrandi qui episcopi uitam descripsit hunc auctorem a. p. Chr. n. 468 natum et a. 533 mortuum esse scimus.

Animo ut diximus fuit leui, priusquam nescio qua de causa prorsus mutaretur, neque uanae gloriae cupiditate uacabat; qua commotus, ut speciem summae scientiae et doctrinae abundantis praeberet, quae aliunde hauserat, auctoribus non inspectis neque examinatis quam celerrime composuit, cum id unum ageret ut admirarentur homines quanta adulescens admodum conscripsisset. Uersus quoque quos Martiani Capellae exemplum secutus immiscuit raptim uidetur excogitasse non repudiata aliorum poetarum quorum memor erat imitatione uel furto; nam et ex Peruigilio Ueneris uersus 19 et 20 numeris seruatis[2]) paucisque uerbis mutatis arripuit (p. 7, 11 sqq.) et alios (p. 7, 19) exscripsit ex Tiberiani carmine quod nomine auctoris non commemorato Augustinus de mus. III 2, 3 affert, ut aliquid probabilitatis accedere uideatur Baehrensii coniecturae qua causis non additis Peruigilium eidem attribuit Tiberiano; nam magnam esse copiam scriptorum quos memoria tenuerit Fulgentius nego. Hac leuitate et temeritate factum est ut grauissimos in errores incideret; neque enim modo scriptores et opera alia cum aliis confudit, sed ne Apuleii quidem de fabula, quem potissimum sermonis auctorem habuit, recte rettulit, cum

1) cf. dissertatiunculam quae in museo Rhenano propediem prodibit 'Der Bischof Fulgentius und der Mythograph'.

2) Quare hoc carmen longis scripsissem uersibus, nisi codices essem secutus.

Digitized by Google

Amorem 'Ioue petente' Psychen in matrimonium duxisse[1]) scriberet. Atque quae ipsis auctorum uerbis affert, tamen alio sensu intellegit uelut Terentianum illud p. 10, 4, ubi non quaestum quem ille uoluit, sed questum h. e. querelam cogitauit. Neque dicta quae uerbum ex uerbo exprimere uidetur ipsis ex scriptoribus collegit, sed quae memoria ei aut schedulae neglegenter aliis dictantibus conscriptae suppeditabant temere composuit, ut praesertim in Graecis ne numeros quidem seruaret, sed pedestrem efficeret orationem (cf. p. 59, 12; 60, 2). Quibus de causis eum nominum, quia audiendo non recte perceperat aut scribendo casu mutauerat, nouas formas finxisse, ut 'Solicrates', 'Dromocrites', libris fidem habeo neque dubito quin 'Blennon' pro 'Biennon', 'lentaculum' pro 'ientaculum'[2]) scribere potuerit. Apparet autem difficillimum esse diiudicare quae menda scriptoris, quae scribarum sint, nisi ex certis codicum locis tibi persuaseris omnia fere illius, paucissima esse horum; quare ea usus sum ratione, ut quae quamuis falsa explanari posse putabam erroribus memoriae uel aurium aut praua ratiocinatione a Fulgentio ipso oriunda esse censerem. 'Opimandrae' igitur scripsi p. 26, 18 ratus eum ex 'O *ποιμάνδρης* quod notauerat unum uocabulum effecisse et 'Polluris', quia ne de Polluce quidem Saturni patre quicquam constat, telluris autem exemplum animo scriptoris obuersari poterat.

Neque minus lubrica uia quaestiones grammaticas aggredimur, quia, quamquam multa exempla Fulgentium sermonem uulgarem et mendis aspersum non uitasse ostendunt, tamen non omnibus locis, praesertim quibus codices inter se dissentiant, utram lectionem ipse uoluerit discerni potest. Sed his quoque in quaestionibus ex certis concludere licet exemplis eum nihil fere quod uulgari dignum

1) Foersteri enim coniectura qua 'postea a Ioue petens' p. 68, 15 legendum proposuit Herm. XIV 473 eo redarguitur quod Fulgentius 'petere' cum quarto casu coniungit.

2) cf. quae de hoc loco propediem in Philologo publici iuris faciam.

Digitized by Google

esset sermone non ausum esse proferre. An 'propter' cum genetiuo coniungi p. 8, 14; 18, 4; 20, 15 testantur, 'cum cerastas draconesque' eum, ut litteram b uitaret, posuisse p. 136, 4, et 'cum deos' p. 64, 19 scripsisse ut Graeca uerba quae sunt *μετὰ δαίμονας* in Latinum transferret constat: 'ob hac re'[1]) aut 'ab alucitas' utrum usurpauerit necne, in dubio relinqui uidetur? His ex difficultatibus ita tantummodo nos explicabimus, ut quidquid ueri non dissimile est aut aliorum scriptorum exemplis probatur auctoris ipsius esse pro certo habeamus. Fulgentiana igitur esse arbitror: 'fodiuit', 'spondidi', 'memor sententiam', 'inefficacem studium', 'omne igniculum', alia quae in indice sermonis congesta sunt. Memoranda uero uidetur cupiditas qua Graecis uocabulis Latinum sermonem quasi claris coloribus uariare studet, ita tamen ut ne in eis quidem menda fugiat; 'onirocretam' enim efficit p. 3, 20 memor credo uocis poetae quae antecedit; amat 'dogma', 'fasma', 'entecam', alia; qua re nescio an haud dissimile ueri uideatur esse p. 10, 16 'sipnotico' corruptum esse ex 'ipno (h. e. *ἱπνῷ*) tuo', ut hic sensus efficiatur: 'quaecumque stulte nunc balbutis, abice et combure ut uacuo animo meam percipias sapientiam'; quod praeferam alteri coniecturae 'hipnotice', qua hunc sensum uerbis subesse putaram: 'cedo quae somnians balbutias'. Accedit quod exquisito quodam genere dicendi et pleno facetiarum significationumque obscurarum uti solet, ut rectius mihi uisum sit p. 6, 1 'mauricatos' quod meliores exhibent libri relinquere, quia fieri potuit ut in Mauros facete iocari uellet.

Omnium autem maxime intricata est quaestio rerum quae ad modum scribendi uel orthographiam quam dicimus pertinent, quam eo minus fugere licet, quia in libris de aet. m. Fulgentium ut Afrum non eas quibus nos uti solemus leges ac ne easdem quidem semper secutum esse cognoscimus. Illis enim in libris cum sibi eam legem statuerit, ut singuli singulis litteris carerent, certa scri-

1) cf. corp. inscr. Lat. VIII p. 1111.

Digitized by Google

bendi norma nobis datur. Ex qua cognoscimus eum Afrorum[1]) morem omnibus in rebus secutum esse, ut e et i misceret ('subripit' pro 'subrepit', 'Liam' in libro qui caret littera e, 'contradet' pro 'contradit' in libro carente i), omitteret h ('umanus', 'adibendum', 'ostibus' in libro carente h), coniunctis ph substitueret simplicem litteram f ('triumfus', 'profeta' in libro carente h), permutaret d et t ('aliut' in libro carente d), qu et c ('queperat', 'Squitarum' in libro carente c).[2]) Neque mirum e et ae et oe inter se confundi, ut 'pena', 'Febus' in libro carente o et genetiui primae declinationis in libro primo omnes littera e scribendi sint, praesertim cum eum ae et e discernere non potuisse etiam illud quod supra attulimus Terentianum doceat. Quae si intellexerimus, iam non offendemur neque quod in aliis quoque libris exhibetur 'discendere', 'exercit', 'cirurgicae', 'Psice', 'Apollofanes', 'fonascica', 'Oquipete', 'dequoquendo' neque quod g pro c ('grassedo', 'egloga'), i pro y scribitur ('simphonia'), o et u miscentur ('luxoria', 'nepus'), falso additur h ('rethorem', 'achademicum'); quin etiam pt et ct iam non discerni argumento est haud infirmo fabula Mineruae et Uulcani (II, 11), qua, χϑονος et φϑονος eodem modo pronuntiari apparet; et p. 9, 23 reptandi uerbum quo utitur nescio an idem sit quod Ducangius gloss. med. et inf. lat. sub uoce 'rectum' affert et cui significationem accusandi uel in ius deferendi subesse exemplis demonstrat; quare non dubitaui 'ruptuare' scribere pro 'ructuare' uel 'ructare', 'reluptare' pro 'reluctare'. Neque magis animum induxi contra omnes uel optimos codices 'puplicus', 'repperio', 'exspectare' pro 'spectare', alia proscribere. Quibus de uocabulis omnibus facillime iudicares, si libri inter se consentirent, sed cum et libri singuli fluctuent et plures inter se discrepent ac ne auctorem quidem ipsum semper eandem scribendi rationem secutum esse ex uolumine quod de aet. m. et h. inscribitur constet,

1) cf. antholog. Lat. rec. Riese I, 1 pag. XLI sqq.
2) cf. Birt mus. Rhen. LII suppl. pag. 176 et 182.

Digitized by Google

acquiescemus, si scriptorem ea quam adhibuimus scribendi ratione uti potuisse erit probabile. Neque tamen has minutias omnes afferre potui angustiis huius editionis coactus, quam bibliopola liberalissimus nisi coartatam et contractam suscipere noluit; quare omisi lectiones quales sunt 'uelud' (omnibus fere locis *H*) 'adque' (*R*), 'utpute' (*PR* p. 10, 8) 'quileuit' (*R* p. 10, 18), 'delerabam (*PRH* p. 13, 19), 'sterelitate' (*PR* p. 16, 8), 'uerilia' (*PR* p. 17, 11), alias, quarum plurimas altera manus codicis Reginensis *R* correxit; et quamquam difficillimum erat eligere quae afferendae essent, quae omittendae, tamen spero me non nimis longe a recta uia aberrasse, quamquam nollem casu intercidisset p. 74, 5 lectio Palatini *P* et Reginensis *R* quae est 'prodedit', quia num Fulgentii sermone digna sit dubitari potest.[1]) Neque magis ae, e, ę, oe enotaui, sed cum legentium ut puto commodo ea usus sum regula, ut uocabula formae primae semper in ae finientia scriberem excepto libro qui caret littera a, ceteris autem locis optimos libros sequerer duces. Praepositiones autem cum uerbis copulatas ex optimorum librorum usu plerumque suis formis, non immutatis exhibui nulla adnotata lectionis uarietate.

Iam uero ad ipsa recensionis subsidia accedamus. Mythologiarum enim, Uirgilianae continentiae, expositionis sermonum antiquorum duo exstant genera librorum, quorum alterum, si paucos eximis locos, tamquam integrum praebet auctorem seruatis et omnibus prauitatibus, quibus doctrinam suam maculauit, et sermone uulgari quo usus est, ut minime S. Brandtii iudicio[2]) assentiar, qui nimis corruptum librorum statum putat. Alterum prauitates illas habet emendatas et sermonem, quo magis cum aliis scriptoribus congrueret, plerisque locis limatum; neque interpolationibus uacat, cum e. g. p. 12, 10 glossa 'caelestis' aut ante aut post Uraniae nomen addita sit; emendandi autem

1) cf. corp. inscr. Lat. VII 140.
2) cf. annal. Fleckeisen. CXVII (1878), 381.

Digitized by Google

studium cognoscitur p. 69, 23, quo loco scribae pro uerbo 'ardescit', quia transitiuam desiderabant significationem, 'accendit' substituerunt. Neque aliter rem in Uirgiliana continentia se habere satis ex p. 87, 21 apparet; inscriptionem enim epistulae quae est 'domino merito' (cf. Luciferi ep. VI) cum non nouissent, aut 'domino meritum' aut 'domini meritum' coniectura effecerunt; iidem p. 94, 24 cum uerba quae inueniebantur 'de corde puerili', quia substantiuum interciderat, non intellexissent, locum ita temptauerunt, ut 'decus' uel 'dedecus' uel 'decor' diuinando efficerent. Huic igitur codicum generi non nimia fides habenda est in textu constituendo, ut etiamsi meliorem uideantur exhibere lectionem et quam facilius intellegas tamen nisi dubitans eos non debeas sequi; quare p. 93, 14 malui 'et' interponere quam 'blandiloquis' probare et p. 17, 7 'discipulis' intactum relinquere quam quod solus exhibet Reginensis *E* 'disciplinis' recipere; quamquam non semper horum codicum lectio repudianda uidetur esse, ut p. 13,4; 77,7; 91,1; 98,6, siue uerum casu seruatum est siue coniectura recuperatum; quod etiam in Gudiano *G* p. 102, 11 fieri potuit, ubi eum sequendum esse duximus. Ex hoc codicum genere libros recentiores omnes fere fluxisse satis ea re demonstratur quod scholia in illo adscripta in his nouiciis ipsis auctoris uerbis inserta inueniuntur ut 'difficultatem' p. 8, 14, ne 'propter' ut ἕνεκα et 'causa' cum secundo casu coniungeretur; p. 16, 9 'curata' Reginensis *E* cum deterioribus exhibet; p. 30, 16, ubi in altero librorum genere Fulgentius ex Lucano emendatus est, deteriores aut cum eo consentiunt, ut 'haeret' praebeant, aut quia celerem haerere librariis ueri esse dissimile uidebatur, uerum ex illa lectione elicere conati sunt, cum Riccardianus 'errat', Mediceus 'ardet' scriberent.

Ex meliore librorum genere in quibus m y t h o l o g i a e *α*
leguntur longe optimi[1]) Uaticani sunt Palatinus 1578 et *P*
Reginensis 1462, quorum archetypus, cum ille nono, hic *R*

---

1) cf. Iungmanni diligentem descriptionem, quam de codicibus Fulgentianis fecit in actis soc. phil. Lips. I p. 61 sqq.

Digitized by Google

undecimo adscribatur saeculo, octauo nonoue scriptus est; ex uno enim fonte quin fluxerint non dubium est, quia ipsis minutiis alterum cum altero consentire singulae paginae docent.[1]) Ex quibus illum ipse Romae contuli, huius collationem iam antea ab Ioanne Schmidt professore Regimontano confectam Mommseni et Wissowae debeo benignitati. Reginensis totus ab altera manu non multo recentiore correctus est. In Palatino quia nonnulla folia interciderunt, desunt quae leguntur a p. 19, 1 ad p. 41, 5.

*I* Reginensis 208 bibliothecae Uaticanae saec. fere X, quem ipse Romae contuli, a tertii mythologiarum libri fabula quinta incipit[2]); arte autem cum illis coniungendus est, quamquam coniecturis eum non prorsus carere puto; ut 'Furius' p. 73, 7 scripsit, 'Futrius' autem quod ceteri exhibent altero loco exp. serm. ant. p. 124, 1 aliquantum adiuuatur; neque magis comprobanda esse lectio 'iterumque' uidetur quam unus praebet p. 84, 8.

*T* Proxime ad hos accedit liber Treuericus[3]) seminarii clericorum VI 3 (NA XVII 609) saec. X, cuius collationem a se confectam Paulus de Winterfeld liberaliter mihi concessit; qui cum saepissime easdem lectiones exhibeat atque Palatinus et Reginensis *R* non dubitaui quam solus exhibet 'effectum' p. 3, 3 recipere, quia aliis locis Fulgentius 'carere aliquid' posuit.

Longius ab his absunt, quamquam fide non carent,
*H* codices Harleianus 2685 saec. IX uel X et Montepessulanus
*M* 334 saec. X, ex quibus hic[4]) mutilus est, cum a media libri III fabula nona reliqua interciderint. Uterque autem maxime ea re quod alium scribendi morem sequitur et nonnullis locis formas sermonis uulgaris fugit, ab illis, quos supra diximus, discedit, ut 'fraglauit' p. 64, 6 *PRIT*,

---

1) Iungmann l. l. p. 67.
2) Iungmann l. l. p. 64.
3) cf. Sauerland N. Arch. d. Ges. f. ält. deutsche Geschichtsk. XVII p. 609.
4) cf. Iungmann p. 63.

Digitized by Google

‘flagrauit’ cum ceteris *H* et *M* exhibent. Harleiani collatione quod uti potui, Ottoni Rossbach debeo, qui eam in meum usum conuertendam benigne mihi tradidit; Montepessulanum liberaliter huc transmissum contuli ipse.

Ultimus est et qui ubi solus stat minime fide dignus *D*
sit, cum aliis eiusdem generis coniunctus aliquid momenti afferat, Gudianus 333 bibliothecae ducalis Wolfenbüttelanae, in qua et hunc et alterum Gudianum contuli. Qui liber saec. XII[1]) et multis erroribus inquinatus est et saepissime cum alterius generis libris, maxime cum altero Gudiano ut p. 19, 14, communes exhibet lectiones, ut appareat archetypi eius scribam non ex uno fonte uerba scriptoris hausisse, sed quae in duobus et eis quidem inter se diuersis inuenisset arbitrio commiscuisse; nam ut p. 69, 25 ‘priuatur’ in *D* et *α*, ‘nudatur’ in *β*, ita p. 69, 23 ‘ascendit’ Gudianus *D* errore scriptum habet pro ‘accendit’ quod in genere *β* legitur, cum ‘ardescit’ in *α* legatur; una cum codicibus *β* glossam in textum recepit p. 12, 10; eidem denique defectus in *D* inueniuntur atque in *β*, ut p. 65, 18.

Alterius generis tribus usus sum codicibus a me col- *β*
latis Reginensi 1567 saec. fere XII, Gudiano 331 saec. XI[2]), *E G*
Uossiano Leidensi 96 saec. fere XI; ex quibus Leidensis *L*
ita mutilus est, ut media uoce ‘Pythagoras’ p. 79, 7 incipiat. Maxime ex his Reginensis coniecturis infectus est; nam p. 10, 12 ‘antistes’ habet pro ‘mistes’; p. 40, 21 autem quoniam ‘conca marina’ in ‘concam marinam’ mutatum erat, cum scriba codicis *G* satis haberet ‘portare’ pro ‘portari’ scribere, codicis *E* librarius ‘habere’ coniecit; p. 42, 17 uero cum ‘impossibilem latronem’ i. e. quasi quem arcere non possis non intellegeret, ‘possibilis’ effecit; p. 43, 5 ‘uiridior’ quia aut obscurum erat aut in ‘uiritior’ corruptum, eius uocis in locum ‘uir fortior’ substituit; p. 73, 9 denique cum ‘fortiuncula’ pro ‘fortiuscula’ legeretur, ipse coniectura sanequam ingeniosa ‘forti ungula’

1) cf. Iungmann p. 64.
2) l. l. p. 63.

Digitized by Google

scripsit.[1]) Alia tamen ut supra demonstrauimus una cum *G* et *L* praebet, quamquam illo loco p. 87, 21 non eo coniciendo progressus est quo reliqui, cum 'domino' intactum relinqueret, illi 'domini meritum' corrigerent; ut unum addam exemplum, eadem est in his tribus lacuna p. 92, 20.

Restat ut mythologiarum paucos addamus libros a me collatos quibus quamquam uix multis locis confidere licet, tamen paucis subsidio sunt aut coniecturas praebent *Bern* quae memoria dignae sint. Quorum primus[2]) Bernensis 427 saec. X codex melioris generis est et haud paruum afferret auxilium, nisi neglegentissime scriptus atque tot et tantis erroribus maculatus esset; neque temerariae absunt ab eo emendationes (v. p. 48, 11). Ueram lectionem solus p. 89, 9 exhibet, sed quae coniectura facillime restitui potuerit, praesertim quia etiam in *UEG* superscripta est *Marc* et in deterioribus exstat. — Marcianus 94 Uenetus eiusdem est generis, sed saeculo XV scriptus a uiro docto et coniecturis impletus, ut nisi alios testes adiuuat, nihil ei ponderis tribuas; qua re quae solus exhibet enuntiata, praesertim cum uerba singula fere congruant cum mythographis Uaticanis, Fulgentiana non esse censeo (p. 57, 2). — *Neap* Eiusdem fere aeui est Neapolitanus IV D 13 n. CLXIII qui liber etsi in deterioribus numerandus est, tamen ipse quoque propter coniecturas quas exhibet dignus est qui *Barb* interdum nominatim memoretur. — Barberinum VII 47 saec. fere XV non attuli nisi quia quasi singularem memoriam prae se fert, quamquam non dubito quin ex deteriore genere oriundus paullatim coniecturis additis talis factus sit.

Reliquos saec. fere XV uel XVI codices, quos cum in *detcrr.* Italia contulissem deteriores esse cognoui, enumerare satis est; sunt enim Bononiensis bibliothecae S. Saluatoris 2741, Mediceus plut. LXXXX sup. 22, Riccardianus 766, Taurinensis I, VI, 30 (DCCXXI), Urbinas 670, Ashburnhamianus

---

1) Quare etiam 'ardens' p. 23, 19 coniectura ortum esse significaui.

2) cf. Iungmann p. 63.

Digitized by Google

1051, qui quae ad musicam pertinent fabulas solas excerpsit I 15, III 9, 10.

Uirgilianae continentiae his usus sum codicibus
de quibus supra dixi: Palatino 1578 Reginensi 1462 *PR*
Reginensi 208 Harleiano 2685 Gudiano 333, Reginensi *IHDE*
1567 Gudiano 331 Uossiano Leidensi 96, Bernensi 427, *GL Bern*
Barberino XVI 76 saec. fere XVI qui simillimus est alteri *Barb*
Barberino; ad quos accedit quem contuli Romae melioris
generis codex Palatinus Uat. 1579 saec. X, qui quamquam *U*
propinquus est libris *PRI* et saepe easdem lectiones et eundem scribendi modum sequitur, tamen cum altero codicum genere uidetur collatus et secundum id paucis locis emendatus esse. P. 87, 21 enim quod primo scriptum erat 'domino merito', eo postea deleto 'domini meritum' scriptum est; et glossae quae supra uoces adduntur, cum consentiant cum glossis codicum β, uinculo quodam librum *U* cum eis coniunctum esse testimonio sunt.

Deteriores sunt in hoc libro adhibiti Uaticani 1552, *deterr*
3898, 5216, Ambrosianus 498, quos ipse contuli, Gothanus 55, cuius collationem edidit Oehler in Iahnii annal. suppl. XV p. 95 sq.

Expositionem sermonum antiquorum qui con-
tinent libri, eorum eadem duo genera discernuntur[1]). *α*
Optimi autem eidem Uaticani sunt Palatinus 1578 et *P*
Reginensis 1462, qui soli p. 118, 19 'cellaritas' exhibent *R*
et p. 117, 15 Plautinum 'empsim' seruarunt; quibus ex libris quos Wessner ad recensionem nuper in commentationibus Ienensibus VI, 2 p. 65 sqq. institutam adhibuit
duos[2]) addidi, Parisinum 7581 saec. X et Harleianum 2682 𝔑 𝔋
saec. X. Hunc tamen testem incertum esse monendum est quia nonnullas non integras praebet lectiones, ut 'impetrare'
p. 111, 3, 'mori' p. 114, 10. Bernensis 427 testimonia in *Bern*
hoc quoque opusculo hic illic commemorare e re uisum est.

1) cf. Berl. phil. Wochenschr. 1898 p. 554 sqq.
2) cf. Wessner p. 70 sq.

Digitized by Google

*β* Alterius generis ex meis libris sunt Berolinensis 73 *B* saec. X, cuius collationibus usus sum Alexandri Riesii in mus. Rhen. XIX p. 298 sqq. edita et Plasbergi mei meum *E* in usum facta, et Uercellensis 16 CXLVIII saec. IX uel X 𝔓 quem contuli ipse, ex Wessnerianis Parisini 242 saec. IX 𝔇 et 3088 saec. X; quos inter se consentire cum eisdem coniecturis quae falsa erant aut uidebantur emendauerint, uel primae paginae uerbum 'parare' p. 111, 3 indicat ex 'imperari' quod ex 'impertiri' corruptum puto futtili conatu effectum in omnibus.

*deterr* Accedit immensa uis codicum deteriorum a Wessnero enumerata, quae nihil fere ad recensendam expositionem serm. ant. auxilii affert. Memorauit tamen ille praeter libros quos diximus in editione lectiones codicum Neoburgensis et Leidensis 135, ipse contuli Romanos Urbinates 452 et 670, Reginensem 208, Ottobonianum 343, Barberinum XVI 76, Uindobonensem bibl. Caes. 804, Leidensem Uossianum 96, Taurinensem I, VI, 30 (DCCXXI), Riccardianum 766. Aliorum codicum lectiones a Rothio in editione Nonii et Fulgentii collectae sunt, duorum Bruxellensium Lerschius edidit in libello qui inscribitur Fabius Planciades Fulgentius de abstrusis sermonibus (Bonn. 1844), temere ille ex pessimis testibus opus Fulgentianum recenseri posse ratus. Lemmata quae singulis expositionibus praeponuntur quod uncis inclusi tamquam spuria, Wessneri argumentationem[1]) secutus sum; orta enim uidentur ex uocabulis ad marginem adscriptis.

Multo facilior recensio est librorum qui Fulgentianum de aetatibus mundi et hominis opusculum continent; quod adhuc unus Hommeius Parisiis a. 1694 et 1696 et id quidem secundum Sorbonicum codicem corruptum et mutilum edidit; duos autem libros et ultimi partem extremam Reifferscheidius publici iuris fecit in mus. Rhen. uol. XXIII p. 137 sqq. et in indice schol. uniuers. Uratislau. 1883/4. Melioris enim notae *PR* sunt codices Uat. Palatinus 886 saec. XIII et Reginensis 173

1) l. c. p. 133 sqq.

Digitized by Google

saec. XII, cuius in locum initio, ubi mutilatus est (p. 130—141, 8), codex Uaticanus 7257 saec. XVII succedit; nam *V* hunc a uiro docto ex illo descriptum esse, ut illius partes suscipere possit, Ioannes Graeuen me docuit qui tres codices Romanos contulit; qua de causa eius lectiones non attuli nisi ubi Reginensis deficit. Multo deteriores sunt Tauri- *T* nensis D IV 39 saec. XIII, in quo pleraque (a p. 130, 7 ad p. 171, 21) foliis rescissis interierunt, et Sorbonicus 268 *S* saec. XIII ex quo Hommeius olim opusculum expressit, quamquam eum neglegentius in codice legendo se gessisse, cum librum benigne intercedentibus summis utriusque rei publicae magistratibus liberalissime Berolinum missum inspicerem et examinarem, ipse cognoui. Saepissime autem in hoc libro coniecturis quae auctor scripserat deprauata sunt.

Addidi commentatiunculam 'super Thebaiden', quae utrum Fulgentii sit necne, firmis argumentis diiudicari non posse mus. Rhen. LII 177 sqq. demonstraui; postea tamen P. de Winterfeld Statii cognomen quod est Surculus pro Sursulo[1]) quae usitata esset forma ante decimum saeculum non inueniri me monuit. Quod si uerum est, certum exstat argumentum quo a Fulgentio hoc opusculum abiudicari possit, quod etiam sermone a Fulgentianis, quae longiora exhibent enuntiata et pluribus ornata luminibus, aliquantum differt atque uoce quae est 'anichos' (p. 183, 11) suspicionem mouet, quia Fulgentium linguae Graecae adeo imperitum fuisse non credimus. Exstat autem in codice Parisino bibl. publ. 3012, cuius collatione uti potui duplici, cum primo Rossbach quam ipse confecerat ultro mihi obtulisset, postea Wessner Gundermanni schedas mihi misisset. Quae collationes non omnibus locis inter se consentiunt, quia iniuria temporum et margo codicis adeo laesus est ut plures aut desint litterae aut paene euanuerint et atramenti ipsius color ita perierit ut omnia difficillime legantur.

1) cf. Statii silv. libr. V ed. Vollmer 1898 p. 16 n. 5.

Digitized by Google

In recensendis omnibus libris Fulgentianis eam adhibui cautionem, ut codicibus quam maxime nitendum esse et nisi certum subsidium afferri posset, eorum lectiones integras esse relinquendas putarem, ne aliis qui uel maiore ingenio instructi uel magis adiuti fortuna ad hunc auctorem accessuri essent, deprauatum et maculis turpissimis aspersum traderem. Ne coniecturas quidem uirorum doctorum quamquam paucae sunt numero ut in scriptore iniucundo qui uidebatur omnes commemoraui, quia pleraeque neque codicibus optimis inspectis neque genere dicendi quod adhibet Fulgentius satis cognito temere prolatae quasi nullius
[ ] momenti sunt. Quae non omnibus tradita sunt libris quamquam Fulgentiana esse possunt aut quae quamquam omnibus tradita sunt insiticia et delenda iudicaui, uncis quadratis inclusa tamen in textu reliqui. Auctores nonnullos infra Fulgentii uerba notaui, siue quia ex eis haurire potuit scriptor uel hausit, siue quia aliquid ad explicandum et interpretandum afferunt. In apparatu critico maximam appetiui breuitatem, ut saepe syllabas solas quae differunt a lectione antecedenti afferrem; quae
( ) uncis rotundis inclusa sigillo codicis addidi, semper ad eum qui proxime antecedit librum pertinent, nisi particula 'et' interposita ad plures ea spectare uolui. Quae ipse
*He* aut emendaui aut conieci, litteris *He*, quae Hommeius in
*Ho* libris de aet. m. et h. excogitauit, litteris *Ho* additis
*Ro* significaui; *Ro* et *Gu* in commentatiuncula quae est 'super
*Gu* Thebaiden' Rossbachi aut Gundermanni coniecturis adscripsi.

Restat ut gratias agam omnibus qui quocumque modo me in hoc opere conficiendo adiuuerunt, siue collationes mihi praebuerunt, siue quo loco incerta mihi uidebatur uel mea collatio uel aliena de eo me certiorem fecerunt, siue denique plagulas corrigendas susceperunt. Neque minus bibliothecarum praefectos cum nostrarum tum Italicarum, cum omnibus in me uterentur officiis, summa me beneuolentia obstrinxisse confiteor.

Scripsi Berolini mense septembri a. MDCCCXCVIII.

Digitized by Google

# FABII PLANCIADIS FULGENTII

## V. C.

## MITOLOGIARUM LIBRI TRES



Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| Palatinus 1578 (deest a p. 19, 1 ad p. 41, 5) | = *P* | α |
| Reginensis 1462 | = *R* | α |
| Trevericus VI 3 (NA XVII 609) | = *T* | α |
| Reginensis 208 (inc. a p. *109 M. 711 St.*) | = *I* | α |
| Harleianus 2685 | = *H* | α |
| Montepessulanus 334 | = *M* | α |
| Gudianus 333 | = *D* | α |
| Reginensis 1567 | = *E* | β |
| Gudianus 331 | = *G* | β |
| Leidensis Vossianus 96 (inc. a p. *132 M.* ex. *733 St.*) | = *L* | β |

Omnes codices qui supra memorati sunt aut praeter eos qui nominatim afferuntur reliqui = *ω*

| | |
|---|---|
| (Bernensis 427 | = *Bern*) |
| (Venetus Marcianus 94 | = *Marc*) |
| (Neapolitanus IV D 13 n. CLXIII | = *Neap*) |
| (Barberinus VIII 47 | = *Barb*) |
| (Deteriores | = *deterr*) |

Si qui codices ex altera utra classe excepti sunt, his uncis [ ] inclusi post *α* et *β* adiciuntur (*β* [*L*] = *EG*).

Qui non memorantur, cum lectione recepta consentiunt.

Numerus $_1$ aut $_2$ additus significat primam aut secundam manum eiusdem codicis.

---

Fulgentii de fabulis gentilium moraliter expositis *R*

In nomine dni IHV XPI. in hoc codice (in — cod. *om T*) haec (hae *H* hic *T om P*) insunt fabulae numero L secundū philosophiam (-sofiam *RH*) expositae a Fulgentio (prbro *add P*) vc̄. ad Catum presbiterum Cartaginis (Charth- *P* kart- *T*) (Ds̄ faue legenti *add RH*) *α* [*M*] *om M* *seq. ind. fab.; deinde* Fabii Planciadis (Plancidiadis *P* Plancidiadis *H* Placidiadis *M*) Fulgentii (Fulgenti *P*) vr. cl. mitologiarum lib. III cap̄ (capitula *PM*) expl. incp̄ lib̄ primus *PRHM* incipit prologus *T omnia om D*

In nomine dei summi amen. fabii planchiadis fulgentii uiri clarissimi fabularum liber prim⁹ scdm philosophum moraliter expositarum ad cantiam presbiterū kartaginis. Incipiunt capitula libri mitologiarum *seq. ind. fab.*; *deinde* Finiunt capitula libri primi fabii planciadis fulgentii uiri clarissimi mytologiarū incipit liber primus *E*

Fabii Planciadis Fulgentii v. c. mithologiarū fabularū lib̄ incip̄ primus *G*

Digitized by Google

# LIBER I

M. St.

1 Quamuis inefficacem petat studium res quae caret 595
effectum et ubi emolumentum deest negotii causa cessat
inquiri — hoc uidelicet pacto, quia nostri temporis erum-
2 nosa miseria ‖ non dicendi petat studium, sed | uiuendi fleat 596
ergastulum nec famae adsistendum poeticae, sed fami sit
consulendum domesticae — cito itaque nunc aut quod ami-
seris fleas aut quod edas inquiras quam quod dicas in-
uenias uacatque hoc tempore potentibus opprimere, prio-
ribus rapere, priuatis perdere, miseris flere — quia soles,
domine, meas cachinnantes sepius nenias lepore satyrico
litas libentius adfectari, dum ludicro Talia uentilans epi-
3 grammate comedica | solita est uernulitate mulcere, addi- 597
tur quia et mihi nuper imperasse dinosceris ut feriatas
affatim tuarum aurium sedes lepido quolibet susurro per-
mulceam: parumper ergo ausculta dum tibi rugosam sulcis
anilibus ordior fabulam, quam nuper Attica saporante sal-
sura, nocturna praesule lucerna commentus sum, ita som-
niali figmento delusam, quo non poetam furentem aspicias,
4 sed | onirocretam ‖ soporis nugas ariolantem aduertas. Ne- 598
que enim illas Eroidarum arbitreris lucernas meis prae-

---

2 inefficax $\beta D M \alpha_2$ [*T*] 3 effectũ *T* effectu $\omega$ cesset $\beta$ 5 di^s^cendi *Barb* 6 famis *T* 7 amisseris *T* 9 vagatque *RT* obpremere *corr* obprimere *R* 10 quia ∵ (*in mg.* ∵ tamen) *M* 11 cacinantes $R_1$ cacinnantes $R_2 H$ (*poster.* c *in ras.*) cancinnantes *T* nenias *suprascr* nugas *E* lepores atyr colitas $R_1$ *em* $R_2$ satyro ^p^colitas *P* satiro (satyri *M*) colitas *TM* 12 adfectari $T M_1 D$ adfectare $\omega$ thalia *G* 13 uernilitate *Salmasius* 16 absculta $P_1 R H_1 T$ avsculta $P_2 H_2$ 20 ornirocretam $\beta$



Digitized by Google

M. St.

sules libris, quibus aut Sulpicillae procacitas aut Psices
curiositas declarata est, neque illam quae ui maritum
*5* Fedriam in tumulum duxit aut Leandricos na|tatus inter-
cepit, sed quae nostrum achademicum rethorem ita usque
ad uitalem circulum tulit, quo pene dormientem Scipionem
caeli civem || effecerit. Uerum res publica uideat quid *599*
Cicero egerit. Me interim discedentem a te domine dum
quasi urbanis extorrem negotiis ruralis otii torpor ad-
stringeret, et euitans erumnosa calamitatum naufragia qui-
bus puplicae uexantur incessabiliter actiones, arbitrabam
agrestem secure adipisci quietem, ut procellis curarum ce-
*6* lantibus, quo in turborem urbana | tempestas exciderat,
uelut || Alcione niduli placidam serenitatem uillatica semo- *600*
tione tranquillior agitassem; sopitisque in fauilla silentii
raucisonis iurgiorum classicis quibus me galagetici quas-
sauerant impetus defecatam silentio uitam agere credi-
*7* tabam, ni me illuc quoque me|morum angina inprobior
sequeretur felicitatisque nouerca fortuna, quae amarum
quiddam humanis interserit semper negotiis, me quasi

---

1 *cf.* Mart. epigr. X 38. 35 Auson. cent. nupt. rec. Schenkl XXVIII 4, 8    13 *cf.* Mythogr. Vat. I 9

---

1 ψches *G* ψisches *E* spices *T*    2 nec *HTDβ*    ui *add m.* 2 *M*    3 Phedriam *β* illam Fedriam quae ui maritum? (*coll. p.* 3, 21 illas Eroidarum) *aut* Fedrium *He*    *videtur confudisse Meleagrum et Hippolytum*    4 rhetorem $R_2$ *TD*    5 circū (lū *supra*) *T* circum tulit $H_1$ *G*    6 efficerit $R_1$ efficeret *T*    9 et *om Tβ*    10 puplicae *PM* publicae *ω*    arbitrabam $R_1$ arbitrabā *T* arbitrabar *ω*    11 ut *om T*    celantibus *RTMG* caelantibus *corr* caessantibus *PH* cessantibus *ω*, *suprascr m.* 2 *M* gelantibus? *Plasberg*    12 turborem *P*$R_1$*T* torporem *ω* qua in torporem *He*    exci∗erat *H* excierat *Muncker*    13 altione *α*[*D*] altiori *E* nidulo *HE*    14 silentiis *α*[*M*] *em H*    15 gallagetici *deterr* galatici *Neap* quibus per negalia getici *M* Gallogetici *Salmasius* Getici (*in archetypo* galatici (ge *supra*) *aut* galagetici) *Hertz Ann. Fleckeisen. CIII 273* Gallaecici *Luc. Mueller Ann. Fleckeisen. XCV 794* quibus magalia Getici *He*    16 defetatam $P_1$$H_1$*TD* defensatam *Barb*    17 męrorum *D* merorum (moer- *E*)*β*$M_2$ more anguino *Marc*    impr. ang. *E*

M. St.

pedisequa sectaretur. Nam tributaria in dies conuentio
conpulsantium pedibus limen proprium triuerat noua in-
dictionum ac momentanea proferens genera, quo, si Mida
rex ex homine uerterer, ut lo|cupletes tactus rigens auri 601
materia sequeretur, credo etiam Pactoli ipsius fluenta con-
dictis frequentibus desiccassem. Nec hoc tantum miseria-
rum ergastulum sat erat; addebatur his quod etiam bellici
frequenter incursus pedem domo radicem infigere iusserant,
quo portarum nostrarum pessulos, aranearum cassibus op-
pletos, quispiam non uideret. Agrorum enim dominium
gentes ceperant, nos domorum; fructus enim nostros ex-
spectare licuit, non frui; merces quippe gentilis fuerat, si
uel ad manendum clausos relinquerent. Sed quia num-
quam est malum inmortale mortalibus, tandem domini regis
*8* felicitas adventantis uelut so||lis crepusculum | mundo tene- *602*
bris dehiscentibus pauores abstersit. Et post torpentes in-
cessus quae tum bellicum robigauerat interdictum licuit
tandem arua uisere, limites circuire; egredimur nautarum
in morem quos tempestatum flagitamento confractos ex-
optata reduces excepit ripa et velut parietum indumentis
exuti post domesticas stationes ambulare potius discimus
quam progredimur et Maroneo uersu consimiles ‘tandem
liber equus campo potitur aperto’ intuemur arua, quibus

---

22 Verg. Aen. XI 493

---

1 pedissequa *DG* insequeretur *G* 3 quasi $DH_2T_2M_2G$ quosumida $H_1$ 5 conditis *α em* $H_2M_2$ 6 desiccasse* *H* 8 pedum $D\beta H_2M_2$ domi *deterr* 9 pessolus *corr* pessulos *PRT* 11 coeperant *RHTM* cęperant *E* 13 relinquerant $M_1$ 15 velud *H* (*ut semper*) solus *T* tenebriscentibus (-bresc- *HT*) *RHT* tremescentibus *Marc* 16 exstersit *E* 17 qui *E* tum *in ras H* cum *PR* rubigauerat *M* rouigauerat *D* -ant $H_1$ bellicus ouigauerat *corr* bellicū rouigauerat *P* obiurgauerant *Marc* profligauerat (-rant *E*) $\beta H_2$ 18 circumire *G* 19 more $RH_1T$ flamento *E* 20 excipit $RH_1$ iam excepit *G* 22 uersus *P* uersui $MHD\beta$ 23 potitus *M*

Digitized by Google

M. St.

adhuc inpressae bellantium plantae mauricatos quod aiunt
sigillaverunt gressus et formidine menti nondum exter||sa 603
hostes in uestigiis pauebamus; terrorem enim pro sui me-
moria miles hostis heredem relinquerat. Sed Troadum in
*9* morem ostentabamus alterutrum loca quorum recor|dationem
6 aut internitio celebrior faciebat aut praeda. Tandem inter
sentosa nemorum frutecta, quae agrestis olim deseruerat
manus, — nam intercapedinante pauoris prolixitate tam
larga fumo lurida parietibus aratra pendebant et labori-
fera boum colla iugales in uaccinam mollitiem deduxerant
callos — squalebat uiduus sulcis ager et herbidis sentibus
*10* oliuifero uertici minaba|tur; ita etenim nexili de||smate 604
meandrico gramini labrusca coibant, quo saepta herbosis
radicibus tellus Triptol*em*icum contumax abnueret dentem —
ergo dum huiuscemodi paliurea prata incedenti premerem
planta et roscidos florulenti uelleris colles spatianti mete-
rem passu, defectum voluntas peperit et egredientis studio
sedulitas ex labore successit. Deuertor arborei beneficium
umbraculi praesumens, quo me erranti foliorum intextu
Phoebi torridis defensaret optutibus et circumfluo ramo-
rum recurrentium nexu umbram quam propriis radicibus
praeberet mihi etiam concederet esse communem. Nam me

---

1 impressa *T* mauricatos *PR* mauricatos (*suprascr m. 2* ut muricatos) uel milicatos *M* m*uricatos *HT* muricatos *Dβ* 2 mentis *MDE* 3 hostis $TM_1$ 4 relinquerant $P_1T$ -at *in ras H* reliquerant $RP_2$ reliquerat $D\beta M_2$ 5 more *T* 9 largo $TH_2G$ iam largo *Wopkens* atra $TH_1M_1$ 10 uacciuam *PRTME* uaciuam? *He* 11 gallos *T* 12 de sirrimate $H_1$ de syrmate $H_2M_2$ de sirmate *β* 13 me$^{n}$andrico *T* graminii *RM* graminia (a *in ras*) *T* graminum *E* coibat $\beta P_2M_2$ 14 treptolicum *α* tript- $\beta T_2M_2$ Triptolemicum *edd* adnueret *T* 16 roscido $TM_1$ metirer *Marc* 17 et *PE om ω* egradientis *R* et gradienti *Marc* 18 sed utilitas *G* deuertor $PRM_1$ diuertor *ω* arbore *RT* arbori *D* arborei *ex* arborē *H* 19 quod *P* errante *ex* errantem *H* 20 a torridis $\beta H_2M_2$ obtutibus *Tβ* ab ictibus *Staveren* curcumfluo *RP* (*suprascr* dū circūfluo) 21 quam *in marg G om* $PRH_1T$ 22 praebet *T*

11 auium quaedam uernulitas, quae | fragili quadam dulcedine crispantes sibilos corneis edunt organulis, ad hoc opus allexerat et laboris tam subita requies melos quoddam carminis expectabat: ‖

Thespiades, Hippocrene 605
quas spumanti gurgite
inrorat loquacis nimbi
tinctas haustu Musico,
ferte gradum properantes
de uirectis collium,
ubi guttas florulentae
mane rorat purpurae
umor algens, quem serenis
astra sudant noctibus.
Uerborum canistra plenis |
12 reserate flosculis. ‖
Quicquid per uirecta Tempe 606
raptat unda proluens
innientis etre cursu
quam produxit ungula,
quicquid Ascreus ueterna
rupe pastor cecinit,
quicquid exantlata gazis
uestra promunt horrea,
quod cecinit pastorali
Maro silua Mantuae,
quod Meonius ranarum |

---

1 uernilitas *Salmasius* 3 elexerat *T* 5 Tespiades *T* hippocrenae α hippocrenę *E* 8 austu $RTM_1$ hastu *H* hiͣc usto *D* 12 rorat $DGM_2$ rorant ω 13 humor *RMβ* 16 deserata *Barth* 17 quidquid *PM* 18 profluens *HG* 19 innientis *PRH* inuenientis (u *corr* i) *T* hinnientis ω et recussu *E* et recursu ω (in nitentis?) etrae cursu *coll. p. 33, 16 Plasberg* *v. 21/2 post 23/4 G om T* 21 quidquid $PM_1$ 23 quidquid $PM_1$ exanthlata *PR* exathlata *H* exathlanta *MDβ* athlantis *Marc* galis *PR* gazas *G* gazis ω ex Atlantis gazis *edd* gazis exanthlata *T* Graiis? *Plasberg*

Digitized by Google

13 cachinnauit proelio, ||
Pharrasia candicanti 607
dente lyra concrepet;
ad meum uetusta carmen
saecla nuper confluant.

Hoc itaque sacrificali carmine Gorgonei fontis adspargine madidas et praepetis ungulae riuo merulentas Pierides abstraxit. Adstiterant itaque sirmate nebuloso tralucidae ternae uiragines edera largiore circumfluae, quarum familiaris Calliope ludibundo palmulae tactu meum uaporans pectusculum poeticae proriginis dulcidinem sparsit; erat enim grauido ut apparebat pectore, crine neglecto quem
14 margaritis praenitens diadema constrin|xerat, talo tenus bis tinctam recolligens uestem, quod credo et itineris propter ||
et ne meandricos tam subtilis elementi aliquatenus limbos 608
aculeati herbarum uertices scinderent. Adstitit propter; erectus ergo in cubitum ueneratus sum uerbosam uiraginem, olim mihi poetico uulgatam euidentius testimonio, nec inmemor cuius uerbosas fabulas propter scolaribus rudimentis tumidas ferulis gestaueram palmas, et quia non
15 mihi euidenti | manifestatione quaenam esset liquebat, cur uenisset inquiro. Tum illa: Una, inquit, sum e uirginali Eliconiadum curia, Iouis albo conscripta, quam olim Atheneam ciuem Romanus ordo colendam exceperat, ubi nouellos ita frutices edidi, quo eorum cacumina summis

1 cacinnabit $R_1 H T$ chachinnavit *G* 2 Parrasia *H* 3 lira *E* lura *T* concrepent *T* 6 hoc igitur *G* sacrifical$\stackrel{e}{i}$ *P* sacrificale carmen *He* adspargine *R* aspargine *PT* aspergine *ω* 7 abstraxi $\beta H_2 M_2$ 8 syrmate $M D \beta$ lucidae *β* transluc- *H* 9 ter ternae *Barth* hedera *β* 11 pruriginis $M \beta H_2 P_2$ dulcedinē $M T H \beta$ dulcitudinem *D* 14 itineris (*expunx m. 2*) *M* propter *suprascr* s. difficultatem *E* propter difficultatem *deterr* 15 filamenti *Heinsius* 16 a(d)stiti *ω* em *He* 17 ergo erectus *D* 20 non] iam *Neap* sed quia? *Muncker* 22 tunc *T* inquid $P H_1 T$ 23 aluo $R T H_1 M_1$

Digitized by Google

astris insererem, ita uitae famam ‖ linquentes heredem, 609
quo maius celebriorem obitum protelarent. Ast ubi me
Romuleae arcis conuentu bellicus uiduauit incursus, Alexan-
driae conciliabula urbis exulata possederam uariis dogma-
tum inbutamentis lasciua Grecorum praestruens corda post-
que Catonum rigores Tullianasque seueras inuectiones et
16 Uarroniana ingenia Pelleae genti | enerues sensus aut
satyra luseram aut comedico fasmate delectabam aut tra-
gica pietate mulcebam aut epigrammatum breuitate con-
dibam. Libebat me mea captiuitas, et licet nostrae ua-
cuissent industriae, inueniebat tamen animus quibus inter
mala arrideret, nisi me etiam exinde bellis crudelior ‖
Galeni curia exclusisset, quae pene cunctis Alexandriae ita 610
est inserta angiportis, quo cirurgicae carnificinae laniola
17 pluriora habitaculis nume|rentur; denique ita certando re-
mittunt in mortem quo ferant Caronem citius obiturum,
si collegio non donetur. Hanc orationem risus mollior
terminauit. Itaque meis quo deuerteret culminibus inpe-
traui. Tum illa: Non paues, inquit, Musicum tuis recep-
tare dogma penatibus, cum barbarorum morem ausculta-
uerim ita litterarios mercatos penitus abdicare, ut hos
qui primis elementorum figuris uel proprium discripserint
18 nomen cassata inquisitione mu|tum in carnificina reptarent.
Tum ego: Non ‖ ita est, inquam, ut ʻaudieras, sed fama 611

---

24 Verg. ecl. IX 11 sq. (et fama)

---

2 maius *PM* magis *ω* 3 artis *T* 4 exultata *T* 5 post quãtonum *T* 7 uerroniana (uero- *D*)*α* *em* $M_2$ uarronia *G* uaroniana *E* pelleę *E* apelleae *ω* gentis *β* 8 plasmate *Scriverius* phantasmate *Marc* traica *HG* 9 condebam $HM_1$ condidam *in* candidam *in* condibam *corr* *T* 10 libabat *α*[*DM*] libebat $MDH_2\beta$ iuuabat? *He* uacauissent *H* uacassent *E* 11 inuenibat *R* 16 sobiturum *α*[*D*] *del* s *MHT* sopiturum *β* 18 quo meis *G* quo diuerteret *E* quod auerteret *H* imperaui $GD_1$ 19 inquid *H* 20 abscultauerim *PRTM* -ram *H* 21 literarios *PHG* mercatus $\beta D_2 M_2$ 22 discripserint *PR* descr- *ω* 23 carnificinam $GM_2$ reptarent $PRHM_1$ -assent *D* reportarent $M_2$ reportarentur *E* receptarent *TG* raptassent *deterr* 24 ut *om* *PRT*

M. St.

fuit'. Nam 'carmina tantum nostra ualent', Musa, 'tela
inter Martia, quantum' 'dulcis aquae salientis sitim restin-
guere riuo'. Et ut suum me amplius familiarem rescisset,
illud etiam Terentianum adieci: 'Olim isti fuit generi quon-
dam questus aput saeclum prius'. Nunc itaque ita litterae
suos .... quicquid Elicon uerbialibus horreis entecatum pos-
sederat in ipsis potestatum culminibus hereditario iure
transfer¦ret catus extendunt. Illa exhilarata uersiculis, ut- *612*
*19* pote | quasi Meonem senem uiseret recitantem, laudatorio
palmulae tactu meam mulsit caesariem percussaque mollius
ceruice quam decuit: Eia, inquit, Fabi, Anacreonticis iam-
dudum nouus mistes initiatus es sacris; ne quid ergo meo
tibi desit tirunculo, accipe parem dogmatis gratiam et
quatenus nostra te satyra lasciuienti uerborum rore per-
cussit uadatumque te sui retinet amoris inlecebra, redde
quod deuerbas sipnotico et quidquid libet Niliacis exarare
papiris, feriatis aurium sedibus percipe; nec deerit histo-
*20* riae quilibet effectus cuius te uisce¦ribus interstingi po-
posceris. Tum ego: Index te libelli ‖ fefellit, generosa *613*
loquacitas; non mihi cornutus adulter arripitur nec imbre
mendaci lusa [Danae] uirgo cantatur, dum suo iudicio

2 Verg. ecl. V 47 (saliente)    4 Ter. Eun. 246

1 musae *M*β  2 saliente *D*β  3 resciscet *H* recisset *T*  5 uetus α*E* questus *G* = querella  aput *PR* apud ω  6 qui quid eligon *RM*$_1$ quiqui de $\overset{o}{\text{lign}}$ *P* quique deligon *T* qucquid eligon *D* quicquid elicon ω elicon *M*$_2$  uerbalibus *TM*$_2$β *deest si quis vel sim. alqd.* quo *add Muncker*  sentecatum *G* senthecatum *H*  8 catos *E* cados *Scriverius*  exilarata *T* exhirata *G*

9 quasi] quae *RHM*$_1$ quem *T*  10 me$^{am}$ conmulsit *M* (*suprascr m. 2*)  11 inquid *PH*  faui *PRHT*  anacreonon-ticis *RT* anacreon**ticis *H*  12 mistes] antistes *E*  14 nr͂am te satyra *P* nr͂am te satyram *D*  satira *G*  16 deuerbas *P* debeas *E* debebas ω  sipnoticon *H* sipnotico ω (*schol* atrāmto *E*) sepioticon *edd* hipnotice (= dic quid enarres somnians)? *He an:* ipno tuo? *He et Plasberg*  quicquid *T*  18 interstingi *PR* -stringi ω  20 mihi non *RD*  21 id danae α*G* *eraso* id *DG* cum *G*

Digitized by Google

deus sibi pecudem praetulit et hanc auro decepit quam potestate nequiuit; non suillo canimus morsu depastum amantis iuuenis femur nec in meis libellulis sub falsa alite puerilis pependit lasciuia; non olorinis reptantem adulterum plumis, oua pulligera uirginibus inculcantem quam semina puerigena uisceribus infundentem, nec lignides puellas inquirimus, Ero atque Psicen, poeticas garrulantes ineptias, dum haec lumen queri*tur* extinctum, illa deflet incensum, ut Psice uidendo perderet et Ero non uidendo perisset; nec referam uirginali figmento Aricinam ‖ lusam *614*
*21* uira|ginem, dum quaereret Iuppiter quod magis esse uellet quam fuerat. Mutatas itaque uanitates manifestare cupimus, non manifesta mutando fuscamus, ut senior deus innitus exerceat et sol fulgoris igne deposito malit anilibus exarari rugis quam radiis; certos itaque nos rerum praestolamur effectus, quo sepulto mendacis Greciae fabuloso commento quid misticum in his sapere debeat cerebrum agnoscamus. Tum illa: Unde haec tibi, inquit, homuncule, tantam ignorantiae scientiam, unde tam ratum ordinem ignorandi? Dum enim saeculis intacta exquiris, ostendis te sapienter scire quod nescis. Cui ego: Si his, quibus ignorare aliquid contingit, ne ipsut quidem nescire suum scire contingerit, quanto satius erat eis etiam non

---

4 adulterium *T* 5 quam — infundentem *om T* 6 lichnides *G* lig(chi)nides *M* (*suprascr m. 2*) Lychnides *edd* 7 hero *G* psichen *G* spicen *E* 8 queritur *G* querit *RE* quaerit *ω* 9 ψches *G* spices *em* psiches *E* 10 non acirinam (ñaurinã *T*) *α*[*P*] aricinam *Pβ* *delendumne ut scholion? v. p. 10, 21* 11 quid *GM₂* uellit *RTE* uelit *M* 12 mutata sit atq; *PR* mutatas ***** (*extrem. fuit* q) *H* 14 innitus *PRT* hinnitus *ω* 15 nos *om T* 16 quo sepulto *M Marc* quos epuleo *PRT* quos sepulco $H_1$ -to $H_2$ quor epulso *D* quos ex epulo *G* quos ex epuleo *suprascripto* ex delectatione *E* quo repulso *Neap* 17 commentu *PRHT* mysticum *HDG* 18 inquid *RH om M* 19 tanta ignorantiae scientia *D* 20 intactam *α*[*D*] *em* $HM_2$ 22 ne *RHMG* nec *ω* ipsut *R* ipsud *T* ipsum *ω* 23 contingerit *PRGT* (*sed eraso* n) contigerit *DM* contingit *HE* contingeret *He*

Digitized by Google

M. St.

*22* nasci contingere quam nasci inefficaciter ueni|re. Primum
itaque ego scientiae uestibulum puto scire quod nescias.
Ad haec illa: Tam secretis misticisque rebus uiuaciter per-
tractandis ampliora sunt auctoritatum quaerenda suffragia;
neque enim quippiam ludicrum quaeritur, quo ludibundo
pede metrica uer‖borum commoda sarciamus. Sudor hic *615*
opus est palestrantis ingenii, ne tam magnifici adsumpta
operis moles ipso fere medio conaminis impetu uiuacissimis
destituta uanescat tractatibus. Ergo erunt nobis etiam
Philosofia atque Urania adiutrices operis consciscendae;
nec [enim] deerit tuis lasciuiens amica solaciis, at dum te
misticae artes anhelum tractando reddiderint, tute tua
Satyra ludentem excipiet. Quaeso, inquam, munifica lar-
gitas, ne tu istam tuam Satyram cuius me dudum uada-
tum amore praedixeras temere nostris credas penatibus.
Tam etenim li*u*ens zelo sortitus sum ex affectu coniugium,
ut, si hanc suis oblucentem ut pelicem uoluptatibus domo
reppererit, ita sulcatis ungue genis in Eliconem remittat
necesse est, quo eius diluendis uulneribus Gorgonei ipsius
fontis nequaquam fluenta sufficiant. Tum illa cachinnum
*23* quassans fragile conliso bis terque pulsu palmulae femo|re:
Nescis, inquit, Fulgenti, rudis accola Pieridum, quantum
Satyram matronae formident; licet mulierum uerbialibus
undis et causidici cedant nec grammatici ‖ muttiant, rethor *616*
taceat et clamorem praeco conpescat, sola est quae modum

---

1 quam nesciendo inefficaciter uiuere *E* 2 itaque ergo *RT* 3 mysticisque *TMD* 6 pedem trica $PRH_1T$ (*sed* e *suprascr*) ludibundi pede metrico *He* commodo *H* 9 tractibus *T* 10 philosofia *PRD* -sophia *ω* urania caelestis *E* caelestis urania *DG* asciscendae *β* 11 enim *om αG* ad *α*[*D*] at $GT_2$ ut *DE* 12 misce *PRTH* (*sed deleto* m) mysticae *DG* tractandū *T* tum te $R_2DG$ tute *ω* 13 excipit $PRTM_1$ excipet *D* excipiat $HEM_2$ 14 dudum me *E* 16 libens *ω em He* 17 suis *om E* obludentem? *He* ut] et *E* 18 repererit *T* 20 caccinnum *RHT* 21 fragilem *Marc* 22 inquam *α*[*H*] 23 satiram *E* uerbalibus $T\beta M_2$ 24 muttitant *corr* -tent *T* rhetor *TD*

Digitized by Google

M. St.

inponit furentibus, licet Petroniana subit Albucia. Hac etenim alludente et Plautinae Saureae dominatus obdormit et Sulpicillae Ausonianae loquacitas deperit Sallustianaeque Semproniae quamuis praesens sit Catilina melos cantandi raucescit.

Soluerat igniuom*o*s mundi regione peracta ‖
quadrupedes gelidumque rotis tepefecerat orbem | *617*
*24* rector et auratis colla spoliabat habenis.
Iam Phoebus disiungit equos, iam Quintia iungit;
quasque soror linquit, frater pede temperat undas.
Tum nox stellato mundum circumlita peplo
caerula rorigeris pigrescere iusserat alis
astrigeroque nitens diademate Luna bicorni ‖
bullatum biiugis conscenderat aethera tauris. | *618*
*25* Iam simulacra modis mentes fallentia plastis
mollia falsidicis replebant stramina signis;

et, ut in uerba paucissima conferam, nox erat. Cuius noctis nomen iamdudum oblitus ut insanus uates uersibus delirabam, dum subito agrestis illa quam dudum uideram hospita oborto impetu cubicularias inpulsu fores inrupit necopinanterque me iacentem repperiens marcentia languore somni lepido lumina rapido atque admodum splendifice intermicanti quodam sui uultus coruscamine perpulit; erat enim ultra solitum eminens mortalitatis aspectum. Denique pigrae adhuc quietis indicium rotatis naribus

---

1 Petronius ed.[3] Buecheler fr. VI  2 *cf.* Plaut. Asin. (*confundit Sauream servum et Artemonam matronam*)  3 *v.* *p. 4, 1*  *cf.* Sall. de coni. Cat. 25

---

1 subet *Buecheler* albutia *TE*  hanc $\alpha[DM_2]$  2 satirae *E* satyrae *G*  obdormitet *HD*  3 et Sulp. — deperit *om D*  salustianaeque $HT_2\beta$  4 cantilena $\alpha G$  6 soluerit *T*  igniuomos (os *ex* us) *G* igniuomus $\omega$ -mos *Scriverius*  9 cyntia *D* cintia *ME* cinthia *G*  11 stillato $\alpha[DM]$  13 bicornis $D\beta H_2$  19 cum *D*  20 obortu $\alpha[M]$  21 neopinanter quae *PR* $^{1}$nẹopinanterque (i *supra* e) *T* necopinanter quae *del ec H* inopinanterque $\beta$  reperiens *RDG*  langore *RT*  23 perpulit *suprascripto* l pepulit *E*  pepulit *DG*

Digitized by Google

M. St.

ruptuantem repentina ostii ‖ crepitatione turbauit. Hanc 619
praeibat florali lasciuiens uirguncula petulantia, hedera
largiori circumflua, improbi uultus et ore contumeliarum
sarcinis grauido, cuius ironicum lumen tam rimabunda
uernulitate currebat quo mentes etiam penitus abstrusas
temulentis inscriptionibus depinxisset. Musae autem latera
sarciebant altrinsecus duae, quarum dexterior uerenda qua-
dam maiestate subnixa elatae frontis polimina argenteis
*26* astrorum crispauerat marga|ritis, cuius faleratum exoticis
diadema carbunculis corniculata lunae sinuatio deprimebat
ac cerulanti peplo circumlita hyalinae cauitatem sperae
osseo fastigans tigillo uersabat. Uisus itaque luminis tam
elata contemplatione caelitus erigebatur intuitus, quo pene
fori‖bus superna intuens pollicem inlisisset. Leui comes *620*
lateris refugo quodam contemplatu secretior humanos in-
tuitus uelamine quodam arcano uitabat; huius ninguida
*27* canis albentibus nitebat caesaries rugaque crispato mul|ti-
plici supercilio rancidum se quiddam consipere promittebat;
tardior erat incessus et ipsa ponderationis grauidine uene-
randus. Tunc Calliope prouinciam loquacitatis ingressa:
His te, inquit, Fulgenti, tutricibus spondideram largiturum;
quarum sequax si fueris, celeri te raptu ex mortali cae-
lestem efficient astrisque te, non ut Neronem poeticis

---

23 *cf.* Luc. Phars. I 45 sqq.

---

1 ructuantem $H_1$ *D* eructuantem *E* $H_2$ eruptuantem $M_2$ ructantem *G* 2 edera *HMDE* 4 yronicum (hyr- *G*) β 5 etiam penitus *om G* penitus *om deterr* obstrusas *E* 7 sarciebat *T* uerecunda *G* quedam *T* 8 elate *PRTMH* (*sed deleto priore* e) 9 phaleretun *T* 11 luneę cauitatem *suprascripto* uitreę *E* spherae *MHD* sperarę *T* 12 fastigans *HDE* fatigans ω 13 lata *M* in tutu $H_1$ intuitus *delendum? v. l. 15* 15 fugo *T* contemplatus *PRTE* 16 archano *HD*β 18 concipere *E* conscipere *D* consopire *M* $H_2$ *G* 19 grauedine *HD*β $M_2$ 20 calliopem *PRTH et M* (*sed deleto* m) caliope *E* ope *G* calliope in? *He* 21 istẹ *pro* his te *PRT* inquit *DE* $H_2$ inquam ω pondideram *H* sponderā (*suprascripto* di) *P* sponderam *M* spoponderam β largituram *Modius* largitu iri? *Plasberg* 22 celeriter aptu α[*MD*] -raptum *MD*β *em Plasberg*

Digitized by Google

laudibus, sed ut Platonem misticis interserent rationibus.
Neque enim illos de his expectas effectus, quos aut poema
ornat aut deflet tragoedia aut spumat oratio aut cachinnat
satyra aut ludit comedia, sed in quibus et Carneadis re-
sudat elleborum et Platonis auratum eloquium et Aristo-
telis sillogismaticum breuiloquium. Nunc itaque pande
mentis cubi||culum et aurium fistulis audito nuntio men- *621*
tibus intromitte quod excipis; sed enerva totum mortale
quod tibi est, ne tam sacrati series dogmatis scrupulosis
rite non residat penetralibus. Ergo nunc de deorum primum
natura, unde tanta malae credulitatis lues stultis mentibus
inoleuerit, edicamus. Quamuis enim sint quidam qui spreta
*28* capitis generositate aricinis atque ar|caicis sensibus glan-
dium quippiam sapiant atque eorum altiori stultitiae nubilo
soporata caligentur ingenia, tamen nequaquam aput hu-
manos sensus nisi fortuitis conpulsationibus moti nascun-
tur errores, ut etiam Crysippus de fato scribens ait: Con-
pulsationibus lubricis uoluuntur incursus. Itaque primum
omisso circuitu, unde idolum tractum sit, edicamus. ||

## I. Unde idolum. *622*

Diophantus Lacedemonum auctor libros scripsit anti-
*29* quitatum quattuordecim, in quibus ait Sirophanem | Aegyp-

22 *sqq.* v. mythogr. Vat. III prooem.

1 mysticis *TMD* interserunt *PR* interseruent *D* interser̄ *T* 2 expectas (*del* c) *H* exspectes *E* exspectis [a] *G* effectus *suprascr* ł affectus *E* affectus *MDG* 3 caccinnat *PR* caccinnannat *H* cacinnat *T* 6 sylogism- *H* syllogism- *DG* silog- *TM* 7 festuli *T* 8 sed et *E* 9 secreta *G* scruposis *PR* scrupulis *T* 10 resedat *PR* residat $H_1$ resedeat *TE* resideat *ω* 12 quidam sint *G* sunt *T* 13 arc[h]aicis *E* archaicis *G* glandium] occultum *D* 14 altioris *E* 15 aput *PR* apud *ω* 17 crysippus *PTD* crisippus *RHβ* 19 factum *G* 20 dictum sit *add E* 21 dyophantus *G* Syophantus *E* diophantes *deterr* 22 quatuordecim *RHDE* syrophanem *E* aegiptium *PE* egiptium *G*

M. St.

tium familia substantiaque locupletem filium genuisse;
quem, uelut inormis sub‖stantiae successorem, ineffabili *623*
*30* ultra quam paternitas exigebat affectu erga | filium de-
ditum is qui dum adversis fortunae incursibus raperetur,
quo patri crudelem geminae orbitatis derelinquisset elo-
gium ut et posteritatis perpetuale suffragium denegasset
et substantiae propagandae subitam interceptionem obi-
ceret. Quid igitur faceret aut fecunda paternitas in steri-
litate damnata aut felix substantia in successione curtata?
Parum erat ut non haberet quod habuit, nisi etiam nec
esset qui obtineret quod relinquit. Denique doloris an-
gustia quae semper inquirit necessitatis solatium filii sibi
simulacrum in edibus instituit dumque tristitiae remedium
quaerit, seminarium ‖ potius doloris inuenit nesciens quod *624*
sola sit medicina miseriarum obliuio; fecerat enim ille
unde luctus resurrectiones in dies adquireret, non in quo
*31* luctus solatium inueniret. Denique | idolum dictum est,
id est idos dolu, quod nos Latine species doloris dicimus.
Namque uniuersa familia in domini adolatione aut coronas
plectere aut flores inferre aut odoramenta simulacro suc-
cendere consuerat. Nonnulli etiam seruorum culpabiles
domini furiam euitantes ad simulacrum profugi ueniam
merebantur et quasi salutis certissimo ‖ conlatori florum *625*

---

15 *cf.* Publ. Syr. ed. Meyer 250

---

1 substantiæque *T* 2 inormis $PR_1$ *T* enormis *ω* ueluti $_{e}$normis (i *eras* e *add m. 2*) *M* uellet *Scriverius* 3 deditum] dilexit *Neap* dilectum? *Plasberg* 4 isqui *α*[*DM*] hisqui $M_1$ isque $D\beta M_2$ usque? *Plasberg* fuisse?? *He* 5 quo *om Hβ* crudele $H_2 D_2 \beta$ derelinquissit *PR* derelinquisse *T* derequisset *H* dereliquisset $DM_2$ dereliquit *β* elogiam *PR* 6 et ut & *T* et ut *H* suffugium *Georges Ann. Fleckeisen. CXXXV 768* denegasse *T* 9 curata *suprascripto* t cur tata *E* curata *deterr* 10 erat non habere *β* nec *om G* (*sed rasura*) *deterr* 11 reliquit *Dβ Bern* 16 acquireret *H* inquireret *D* non quo *β* 18 idos dolu *Bern* YDOS DOLI *H* YDOS ΔΟΛΟΥ *G* udos dolu *ω* 19 adulatione *MHDβ* 21 consueuerat $D\beta H_2$ 22 euidentes *H*

Digitized by Google

M. St.

atque turis offerebant munuscula timoris potius effectu
32 quam amoris affectu. Denique huius rei non inmemor | et
Petronius ait: 'Primus in orbe deos fecit timor'; nam et
Mintanor musicus in crumatopoion libro artis musicae
quem descripsit ait: 'Deum doloris quem prima conpunctio
humani finxit generis'. Exhinc ergo inueteratus error
humanis pedetemtim consertus discipulis baratro quodam
sceuae credulitatis prolabitur. ||

## II. Fabula Saturni. 626

Saturnus Polluris filius dicitur, Opis maritus, senior,
33 uelato capite, falcem ferens; cuius uirilia abscisa | et in
mari proiecta Uenerem genuerunt. Itaque quid sibi de
hoc Philosophia sen||tiat, audiamus. Tum illa: Saturnus 627
primus in Italia regnum obtinuit; hicque per annonae
34 praerogationem ad se populos adtrahens | a saturando
Saturnus dictus est. Opis quoque eius uxor eo quod opem
esurientibus ferret edicta est. Polluris etiam filius siue a
pollendo siue a pollucibilitate quam nos humanitatem di-
cimus. Unde et Plautus in comedia Epidici ait: 'Bibite,
pergregamini pol||lucibiliter'. Uelato uero capite ideo fingi- 628
tur, quod omnes fructus foliorum obnupti tegantur umbra-

3 Petron. ed.[3] Buecheler fr. XXVII 1 Stat. Theb. III 661 *cf. schol.* 9 *sqq. v.* mythogr. Vat. I 102 II 1 III 1 19 Plaut. Mostell. 22. 24 (pergraecamini)

1 aut *deterr* thuris *E* 3 et *om PHE* 4 crumatopoion *PE* crumatopogon *R* crumatopion *T H* $M_1$ cromatopion $M_2$ *G* crumatopionpigon *D* 5 scripsit *G* 7 pedetemptim *HD*β discipulis (-us *H*) α*G* disciplinis *E* 8 scaecie *H* seuae β crudelitatis ω l credulitatis *in marg G* 10 pollucis β 11 gerens *E* 12 mare *G* $R_2$ 13 philosofia *RD* filopsophia *M* 14 annonam $R_1$ *T* annona *P* $H_1$ 15 progationem *T* 17 dicta *G* edita *T* pollucis β 19 plaustus $R_1$ $H_1$ *M* e pl^a^stus *P* 20 pergrecamini *R* pingitur *R* 21 omnis α[*M*] omnes β quod omnes fructus *in mg M* obnupti *E* obnutu *Bern* obnuti ω (*ex* obnuuti = obnubti?) obn^uti^*tegantur *M* obruti? *He*



Digitized by Google

culo. Filios uero suos comedisse fertur, quod omne tempus
*35* quodcumque | gignat consumit; falcem etiam fert non in-
merito, siue quod omne tempus in se reuergat ut curua-
mina falcium siue fructuum propter; unde etiam et castra-
tus dicitur, quod omnes fructuum uires abscisae atque in
humoribus uiscerum uelut in mare proiectae, sicut illic
Uenerem, ita et libidinem gignant necesse est. Nam et
Apollofanes in epico carmine scribit Saturnum quasi sac-
rum nun — nus enim Grece sensus dicitur — aut satorem
nun quasi diuinum sensum creantem omnia. ‖ Cui etiam *629*
quattuor filios subiciunt, id est primum Iouem, secundum
Iunonem, tertium Neptunum, quartum Plutonem; Polluris
quasi poli filium dicunt, quattuor elementa gignentem,

## III. De Ioue et Iunone.

*36* id est primum Iouem ut ignem, unde et Zeus Gre|ce dici-
tur; Zeus enim Greca significatione siue uita siue calor
dici potest, siue quod igne uitali animata omnia dicerent,
ut Eraclitus uult, siue quod hoc elementum caleat; secun-
dam Iunonem quasi aerem, unde et Era Grece dicitur; et
quamuis aerem masculum ponere debuerunt, tamen ideo
sororem Iouis, quod haec duo elementa sibi sint ualde
consocia, ideo Iouis et coniugem, quod maritatus aer igne

---

9 *sqq. v.* mythogr. Vat. III 2, 6 ex. 14 *sqq. v.* mythogr. Vat. I 105 II 2 III 3, 1 19 *sqq. v.* myth. Vat. II 4 20 *v.* mythogr. Vat. II 7

---

1 quia *B* 2 gignit *DG* 3 se reuergat *MTHD* -tur *Bern* sese uergat *ω* uelut *Bern* 4 fructum *PTDβ* $M_2$ propter fructum *deterr* 7 gignant *DG* $M_2$ gignat *ω* 8 scribsit $H_2$ scripsit *G* sacrunū *H* sacrunun *D* 11 quatuor *RE* secundam *RTDE* scđm *H* 12 pollucis *β* $R_2$ 13 dn̄t *add* $M_2$ elimenta *PRH* 14 *om T deterr* 17 dicerentur *Mβ* 18 heraclitus *D* elimentum *PRM* scđm *E* secundum *HM* 19 et *om Dβ* hera *H* ΗΡΑ *DG* aera uel efa *M* 20 debuerint *R* 21 duo *om T* elimenta *PR* sint *PMDG* sunt *ω*

Digitized by Google

M. St.

feruescat. Nam || et Teopompus in Cipriaco carmine et 630
Ellanicus in dios politia quam descripsit ait Iunonem ab Ioue uinctam catenis aureis et de*g*rauatam incudibus fer-
37 reis, | illud nihilominus dicere uolentes quod aer igni caelesti coniunctior duobus deorsum elementis misceatur, id est aquae et terrae, quae elementa duobus superioribus grauiora sunt.

## IV. Fabula Neptuni.

Neptunum uero tertium uelut aquarum uoluerunt elementum, quem ideo Grece etiam Posidoniam nuncupant quasi pion idonan quod nos Latine facientem imaginem dicimus, illa uidelicet ratione quod hoc solum elementum imagines in se formet expectantium, quod nulli alio ex quattuor conpetat elementis. Tridentem uero ob hac re ferre pingitur, quod aquarum natura triplici uirtute fungatur, || id est ⟨*sit*⟩ liquida, fecunda, potabilis. Huic et Nep- 631
tuno Amphitritem in coniugium deputant — amphi enim Grece circumcirca dicimus — eo quod omnibus tribus elementis aqua conclusa sit, id est sit in caelo, sit in aere id est in nubibus, et in terra, ut sunt fontes uel putei. |

---

9 *sqq. v.* mythogr. Vat. I 107 II 9 III 5

---

1 feruescat] *pergit P p. 41, 5* cypriaco *M* 2 hellanicus *Hβ* dios poltihia *RTM* dios polthia *H* dios poltia *Bern* dios polti ubia *D* dios pholtichia *β* *πολυτοκίᾳ Voss* *πολυπτυχίᾳ? Sturz* *πολιουχίᾳ Nicolai* *πολυτυχίᾳ edd* politia *Plasberg* 3 deprauatam *ω* degrauatam *H*² *Neap* 4 uer *R*₁ *H* 5 miscebatur *H* 10 posidoniam *MD et cod. L mythogr. Vat. III script. rer. myth. ed. Bode II 123* posidoneam *R*₁ posidonean *R*₂ possidoniam *HT* possidonian *β* 11 pon *T* 13 expectantium *R*₁ *MHBern* spectantium *R*₂ *ω cf. p. 5, 12* 14 quatuor *R* hac re *R* hanc re *T* hoc re *MH* hanc rem *E* hoc *DG* 15 fugantur *R*₁ fugatur *H*₁ *em R*₂ *H*₂ 16 ⟨sit⟩ *interpos He* portabilis *R* potabili *D* huic] hinc *β* 17 Amfitricem *H* -tritem *T* -tridem *MDG* Amphitridem *E* amfi *RD*



Digitized by Google

M. St.

38 V. Fabula de Plutone.

Quartum etiam Plutonem dicunt terrarum praesulem — plutos enim Grece diuitiae dicuntur — solis terris credentes diuitias deputari. Hunc etiam tenebris abdicatum dixerunt, quod sola terrae materia sit cunctis elementis obscurior. Sceptrum quoque in manu gestat quod regna solis conpetant terris. | ||

39 VI. Fabula de Tricerbero. 632

Tricerberum uero canem eius subiciunt pedibus, quod mortalium iurgiorum inuidiae ternario conflentur statu, id est naturali, causali, accidenti. Naturale est odium ut canum et leporum, luporum et pecudum, hominum et serpentium, causale est ut amoris zelum atque inuidiae, accidens est quod aut uerbis casualiter oboritur ut hominibus aut comestionis propter ut iumentis. [Cerberus uero dicitur quasi creoboros, hoc est carnem uorans et fingitur tria habere capita pro tribus aetatibus, infantia, iuuentute, senectute, per quas introiuit mors in orbem terrarum.] ||

VII. Fabula de Furiis. 633

Huic quoque etiam tres Furias deseruire dicunt, quarum prima Allecto ⟨*secunda Tisiphone, tertia Megera*⟩;

---

2 *sqq. v.* mythogr. Vat. I 108 II 10 III 6, 1 8 *sqq. v.* mythogr. Vat. II 11 III 6, 22 19 *sqq. v.* mythogr. Vat. I 109 II 12 III 6, 23

---

1 *Titulos usque ab hoc capite om T* (*lac. servat.*) 3 dicunt *H* 4 addicatum *deterr* 8 fabula *om G* cane *add E* 10 cōplentur *R* coflentur *T* 11 natura *T* accedenti *RTM* accidentali *deterr* 12 luporum *om R* pecorum *H* -odum *M* serpentũm *T* 13 zelus *Dβ* accedens $R_1$*TM* 14 quod a uerbis *Bern* casuaulite roboratur *H* causaliter *deterr* roboretur *TBern* 15 cōmestiones *H* comestiones *M E* $R_2$ comessationes *G* 15 *sqq* Cerberus — terrarum *solus Marc cf. mythogr. Vat. III 6, 22 II 11, 150* 20 quoque *om E* 21 alectịo a$^{l}$lecto *H* ⟨sec. — Megera⟩ *interpos He cf. p.* 21, 8 *et* 16

Digitized by Google

M. St.

Allecto enim Grece inpausabilis dicitur; Tisiphone autem quasi tuton phone, id est istarum vox; Megera autem quasi megale eris, id est magna contentio. Primum est ergo non pausando furiam concipere, secundum est in 40 uo|ce erumpere, tertium iurgium protelare. ||

## VIII. Fabula de Fatis. 634

Tria etiam ipso Plutoni destinant fata; quarum prima Cloto, secunda Lacesis, tertia Atropos — clitos enim Grece euocatio dicitur, Lacesis uero sors nuncupatur, Atropos quoque sine ordine dicitur —, hoc uidelicet sentire uolentes quod prima sit natiuitatis euocatio, secunda uitae sors, quemadmodum quis uiuere possit, tertia mortis conditio quae sine lege uenit.

## IX. Fabula de Arpyis.

Arpyias etiam tres inferis Uirgilius deputat, quarum prima Aello, secunda Oquipete, tertia Celeno — arpage enim Grece rapina dicitur — ideo uirgines, quod omnis rapina arida sit et sterilis, ideo || plumis circumdatae, 635 quia quicquid rapina inuaserit celat, ideo uolatiles, quod 41 omnis rapina ad uolandum sit celerrima. Aello | enim

7 *sqq. v.* mythogr. Vat. I 110 II 14 III 6, 23 14 *sqq. v.* mythogr. Vat. I 111 II 13 III 5, 5 15 *cf.* Verg. Aen. VI 289

1 Thesiphone *E* *ante* Tisiphone *interponunt deterr:* alia Tisiphone 2 titunphone *H* titonphone *D* tertia megera *interponunt deterr* 5 uocem *Dβ* 6 fabula *om HG* uł de Parcis *add E* 7 ipso $R_1$ *T Bern* ipsi *ω* fata quę parcę dicuntur per antiphrasim quia non uitę humanę parcant *Neap* 8 clotho *E* clito $R_2$ *D* lacessis *MHT* lacessit *D* lachesis *β* clitos *RT*$M_1$ Cloto *H* Clotos *D*$M_2$*β* enim] autem *G* 9 lacessis *MH* lascessis *T* lachesis *Dβ* 10 sentire] scire *E* 12 quiuis *Bern* 13 qui sine *T* 14 fabula *om G* arpiis *ME* 15 Arpias *RE* arpyas *MH* 16 aelio *H* hello *β* oquipeto *R* ocyp&to *D* ocypete *G* occipete *E* arpage] arpia *E* arpya *G* 19 quidquid *RG* rapina — omnis *om T* 20 hello *β*

Digitized by Google

M. St.

Grece quasi edon allon, id est alienum tollens, Oquipete id est citius auferens, Celenum uero nigrum Grece dicitur, unde et Homerus prima Iliados rhapsodia: *αἶψά τοι αἷμα κελαινὸν ἐρωήσει περὶ δουρί*, id est: Statim niger tuus sanguis emana*b*it per meam hastam — hoc igitur significare uolentes quod primum sit alienum concupisci, secundum concupita inuadere, tertium celare quae inuadit.

## X. Fabula de Proserpina.

Plutoni quoque nuptam uolunt Proserpinam, Cereris filiam; Ceres enim Grece gaudium dicitur; et ideo illam frumenti deam esse uoluerunt, quod ubi plenitudo sit fructuum gaudia superabundent necesse est. Proserpinam
*42* uero quasi segetem uoluerunt, id est ter‖ram | radicibus *636*
proserpentem, unde et Ecate Grece dicitur; hecaton enim Grece centum sunt; et ideo illi hoc nomen inponunt, quia centuplatum seges proferat fructum.

## XI. Fabula Cereris.

Hanc etiam mater cum lampadibus raptam inquirere dicitur, unde et lampadarum dies Cereri dedicatus est, illa uidelicet ratione quod hoc tempore cum lampadibus, id

---

3 Hom. Il. I 303 9 *sqq. v.* mythogr. Vat. I 112 II 15 III 7, 1 18 *sqq. v.* mythogr. Vat. III 7, 1

---

1 *ἑλὼν ἄλλο edd* eron (*αἴρων*)? *Plasberg* ocypete *DG* occipite *E* 3 prima — rhaps. *om MTDβ* eψa te macelen ωΝЄΡωЄΤΙΤΙЄΡΙàυΡΙ *R* ЄΥΑ ΤЄ ΜàϹЄΛЄΝ (àЄΝ *MG*) ωΝЄΡωЄΤ Π(ωЄΓΙΠ *MG*) ЄΡΙ ΔΟΡΙ (àΟΡΙ *MG*) *TMG sim ω* 5 emanabit *Barb* emanauit *ω* signare *TG* 6 concupiscere *Marc* 7 inuadis? *He* 8 fabula *om G* Fabula Proserpine *E* 10 Grece *om MTDE* gaudiū dium *H* 11 sit] est *E* 12 -habundent *MTHβ* super-] semper *DE* semper super- *deterr* 13 segentem $R_1$ *H* 14 hecate *D* etate *T* ecaton *β* 15 hoc illi ideo *E* 16 centuplicatum *Dβ* perferat *RHT* 17 itē de eadem *E* DE CERERE *G* 18 rapitam *T* querere *β*

Digitized by Google

M. St.

est cum solis feruore, seges ad metendum cum gaudio requiratur. | ||

## 43 XII. Fabula Apollinis. 637

Apollinem solem dici uoluerunt; apollon enim Grece perdens dicitur, quod feruore suo omnem sucum uirentium dequoquendo perdat herbarum. Hunc etiam diuinationis deum uoluerunt, siue quod sol omnia obscura manifestat in lucem seu quod in suo processu et occasu eius orbita multimodis significationum monstret effectus. Sol uero dicitur aut ex eo quod solus sit aut quod so||lite per 638
44 dies surgat et occidat. Huic quoque | quadrigam scribunt illam ob causam, quod aut quadripertitis temporum varietatibus anni circulum peragat aut quod quadrifido limite diei metiatur spatium; unde et ipsis equis condigna huic nomina posuerunt, id est Erytreus, Acteon, Lampus et Filogeus. Erytreus Grece rubeus dicitur quod a matutino ipse limine rubicundus exurgat, Acteon splendens dicitur quod tertiae horae metis uehemens insistens lucidior fulgeat, Lampus uero *ardens* dum ad umbilicum diei centratum conscenderit circulum, Filogeus Grece terram amans dicitur quod horae nonae procliuior uergens occasibus pronus incumbat.

---

4 *sqq. v.* mythogr. Vat. I 113 II 18. 19 III 8, 1 schol. ad Germ. Arat. ed. Breysig p. 195, 5 sqq. 11 *sqq. v.* mythogr. Vat. II 20. 21 III 8, 6

---

3 DE APOLLINE *G* 5 omne *T* 6 decoquendo *MDG* 9 multimodos *ex* multitudos *G* multimodos *Bern* 11 scribunt *ω et codd. scholl. Germ. Arat.* ascribunt *Barb* adscribunt *myth. Vat. I 113* 14 ipsius *β* huic] huc $D_1$ sic *β* 15 eritreus *TE* lampos *E* et *om G* 16 eritreus *T* 17 pro (per *D*) se limine *α* prope lim. *Marc* sol lumine *β* ipse *ex* pse *He* roseo lumine *Breysig* splendidus *T* 18 metis *ex* mentis *RH* $^{mo}$mentis *T* momentis *MD om β cf. p. 28, 5* uehemens *om HD* 19 lampus *RTM* lampos *ω* ardens *E om ω* contractum *D* 21 hora nona *H* nonę horę *G*

Digitized by Google

M. St.

## XIII. Fabula de Coruo.

In huius etiam tutelam coruum uolunt, siue quod solus contra rerum naturam in mediis ipsis aestiuis fer-
45 uo|ribus ouiparos pullu||let fetus, unde et Petronius: 639

‘Sic contra rerum naturae munera notae
coruus maturis frugibus oua refert’,

siue quod in orneoscopicis libris secundum Anaximandrum siue etiam secundum Pindarum solus inter omnes aues LX quattuor significationes habeat uocum.

## XIV. Fabula de Lauro.

In huius etiam tutelam laurum ascribunt, unde etiam eum amasse Dafnem dicunt, [Penei] fluminis filiam. Et unde laurus nasci possit nisi de fluuialibus aquis? Maxime quia et eiusdem Penei fluminis ripae lauro abundare dicuntur. At uero amica Apollinis ob hac re uocitata est, quia illi qui de somniorum interpretatione scripse-||
46 runt ut Antiphon, Filocorus | et Artemon et Serapion 640
Ascalonites promittant in libris suis quod laurum si dormientibus ad caput posueris, uera somnia esse uisuros.

---

2 *sqq. v.* myth. Vat. I 115 II 22 III 8, 14 schol. ad Stat. Theb. III 506 ed. Kohlmann 5 *sq.* Petron. ed.[3] Buecheler fr. XXVI 1 sq. 11 *sqq. v.* myth. Vat. I 116 II 23 III 8, 4 15 *sqq. v.* schol. ad Stat. Theb. III 105 ed. Kohlmann

---

1 Fabula *om β* 2 uolunt] ponunt *β H*, 3 estiuis *ex* ęstibus *T* 5 naturā *D* nota *Binetus* tota *Scaliger* 7 oro-$^{s}$copicis (*m. 2 add*) *H* horoscopicis *D* oroscopicis *β* in orn-] morn- *T* 8 pindram *T* 9 quatuor *R* 10 Fabula *om β* 12 dafnen *H* daphnē *G* Penei *om α* 13 posset *β* 14 et *om HE* habundare *MHβ* 15 apollini *RM* ab hac *RMD* ob hac *T* ob hanc *Hβ* rem *R*, *Hβ* 16 interpret. somn. *β* 17 philocrus *G* filocrus *ω* philochorus *Scriverius cf. Tert. de an. 46* sarapion *Bern* 18 in *om H* quod *om Rβ* 19 uisuros esse *T*

Digitized by Google

## XV. Fabula de nouem Musis.

Huic etiam Apollini nouem deputant Musas ipsumque decimum Musis adiciunt illa uidelicet causa, quod humanae uocis decem sint modulamina; unde et cum decacorda Apollo pingitur cithara. Sed et lex diuina deca-
47 cordum dicit psalterium. Fit ergo uox quattuor den|tibus,
id est e contra positis, ad quos lingua percutit et qui||bus 641
si unus minus fuerit sibilum potius quam uocem reddat necesse est. Duo labia uelut cimbala uerborum commoda modulantia, lingua ut plectrum quae curuamine quodam uocalem formet spiritum, palatum cuius concauitas profert sonum, gutturis fistula quae tereti meatum spiritalem praebet excursu et pulmo qui uelut aerius follis concepta reddit ac reuocat. Habes ergo nouem Musarum uel Apollinis ipsius redditam rationem, sicut in libris suis Anaximander Lamsacenus et Zenopanes Eracleopolites exponunt; quod et alii firmant ut Pisander fisicus et Euximenes in libro teologumenon. Nos uero nouem Musas doctrinae atque scientiae dicimus modos, hoc est: prima
Clio quasi cogitatio prima discen||di — cleos enim Grece 642
fama dicitur, unde et Homerus: *κλέος οἶον ἀκούσαμεν*, id est: famam solam audiuimus, et alio in loco: *πεύθετο γὰρ Κύπρονδε μέγα κλέος*, et quoniam nullus scientiam quaerit

2 *sqq. v.* myth. Vat. I 114 II 24 III 8, 18 5 Psalm. 32, 2. 91, 4 21 Hom. Il. II 486 (*ἀκούομεν*) 22 Hom. Il. XI 21

1 Fabula *om β* 4 decem corda *T* 5 cythara *Mβ* 6 quatuor *R* 7 id est *om β* ad *om β* et *RH* e *ω* 9 dui *R* uelud *HD* cymbala *THβ* 10 lingua *om TM* ut *om M* 11 in palato *D* in palatum *M* proferat *D* profret *E* praeferet *RTM* praefert *H* 12 tereti *del* i *H* teriti *RTM* terit *β* meatu *D* specialem *E* 13 praebet excurs. *om β* excursu *Bern* excurru *RTM* excursum *HD* pulmonem *Bern* erarius *RTM* aerarius *D om H* accepta *E* 14 mus. nou. *β* apollonis *T* 16 zenophanes *Hβ* 17 euximines *RHTM* eusimines *β* 18 theol- *DE* 19 edicimus *TM* 20 cleo *T* cleos] clios *E* cleos — dicitur *om G* cleos ion acusamen *R sim ω* 21 id est — et *om G* 22 solam famam *TE* in *om β* peuteto gar cypronde megagleos *RTM sim ω*

Digitized by Google

M. St.

nisi in qua famae suae protelet dignitatem, ob hanc | 48 rem prima Clio appellata est, id est cogitatio quaerendae scientiae —, secunda Euterpe quod nos Grece bene delectans dicimus, quod primum sit scientiam quaerere, secundum sit delectari quod quaeras, tertia Melpomene quasi melenpieomene, id est meditationem faciens permanere, ut sit primum uelle, secundum desiderare quod uelis, tertium instare meditando ad id quod desideras, quarta Talia, | id est capacitas uelut si dicatur tithonlia, id est ponens 643 germina, unde et Epicarmus comicus in Difolo comedia ait: *λήια μὴ ἰδὼν λιμόν τις ἀρτύνει*, id est: germina dum non uiderit, famem consumit, quinta Polymnia quasi polymnemen, id est multam memoriam faciens dicimus, quia post capacitatem est memoria necessaria, sexta Erato, id est eur*o*nchomoeon, quod nos Latine inueniens simile dicimus, quia post scientiam et memoriam iustum est ut aliquid simile et de suo inueniat, septima Terpsicore id est delectans instructionem, unde et Hermes in Opimandrae libro ait: *ἐκ κόρου τροφῆς ἢ ἐκ κούφου σώματος*, id est: absque instructione escae et || uacuo corpore, ergo 644 post inuentionem oportet te etiam discernere ac diiudicare, quod inuenies, Urania octaua, id est caelestis — post

---

18 Hermes Trismeg. ed. Parthey I 1

---

3 Grece] latine *β* nos *om E* 6 melen pioeomene *RTMD* melempio eomene *H* melen pioemere *E* melenpioemene *G* *ut videtur μελ(ετ)ην -ποιεω -μενειν* meletationem *α em R₂* 8 militando *T* melet- *M* thalia *DG* 9 tithonlya *RTMD* tythonlya *H* tythonlia *G* tithonlia *E* 10 epicharmus *E* difolo (diff- *H*) *α* difilo *β* ΙΔΩΔΥΜΩΝ ΠΕΛΡΤΙΝΝΙ *T* ∂ΝΙ∂ΜΦΑΩΝΤΙΦ∂ΡΤΙΝΝΙ *M sim H* ΛΗΙΛΜΘΙΔΩΝ ∂ΥΜΩΝΤΙΘ∂ΡΤΙΝΝΙ *R* ΛΗΙΜΘΙΛΩΝ ΛΜΩΝΤΙΘΛΡΤVΝΝΙ *D* AFIA · M · Cyλ ΩONLIOΩ∂ΝΤΙC∂ΡΤΙΝΝΙ *E* *sim G cf.* concoquit ore famem *p. 57, 14* 12 polimnia *DE* polyumne emen *RD* polymneemen *HTM* poliumneenen *β* 14 herato *G* heratho *E* 15 eurunchomoeon *α* erunchomoenon *β* 17 similem *α em H* 18 Opimandrae (*cf. Ὁ ποιμάνδρης*) *ω* eccurutrofes (ercu- *T*) et cufusomatos (-tus *T*) *RT sim ω om G* 20 corporem *R* 21 te *om T* iudicare *HTM* iudidicare *D* 22 quid *β* inuenies *RTM* inuenias *ω* octaua Urania *H* octaua *ex* optabam *T*

Digitized by Google

49 enim diiudicationem eligis quid dicas, quid | despuas; eli-
gere enim utile caducumque despuere caeleste ingenium
est —, nona Calliope, id est optimae uocis, unde et Ho-
merus ait: θεᾶς ὄπα φωνησάσης, id est deae uocem cla-
mantis. Ergo hic erit ordo: primum est uelle doctrinam,
secundum est delectari quod uelis, tertium est instare ad
id quod delectatus es, quartum est capere ad quod instas,
quintum est memorari quod capis, sextum est inuenire de
tuo simile ad quod memineris, septimum iudicare quod
inuenias, octauum est eligere de quo iudicas, nonum bene
proferre quod elegeris.

## XVI. Fabula Phaetontis.

Hic etiam cum Climene nimfa coiens Fetonta dici-
tur ge||nuisse, qui paternos currus adfectans sibi atque 645
mundo concremationis detrimenta conflauit. Semper ergo
sol cum aqua coiens aliquos fructus gignat necesse est,
50 qui eo, quod terris exilientes appareant, fanon|tes dicun-
tur; fanon enim Grece apparens dicitur. Qui quidem
fructus ad maturitatem sui solis ardorem quaerant necesse
est, quo accepto omnia feruoris incendio consumantur.
Huius etiam sorores [Arethusa, Lampetusa] quae gemmeis
ac tralucentibus fraterna deplorant guttis incendia sucina-
que diruptis iaciunt inaurata corticibus; soror enim totius

---

3 Hom. Il. II 182 a. l. 12 *sqq. v.* myth. Vat. I 118 II 57 III 8, 14

---

1 post diiudicationem enim *β* 2 utilem *RTM* caelestis *T* 4 theas opa phonisases *R* — phonesases *ω* 5 primus *T* est uelle] est *om H* 6 tertium instare *HTM* 7 delectatus est *R* desideratum est *β* 8 memorare *D* 9 simile aliquid *H* septimum est *β* 10 inuenis *H* inuenies *E* nonum est *β* 12 Phetontis *HE* Phoetontis *G* Phetonis *M* 13 nymfa *T* nimpha *β* cum climine uim faciens *Bern* phetonta *HDβ* 17 phaetontes; *in marg. ab ead. manu script.* phanon *D* 20 concremantur *β* 21 Areth. Lamp. *om α* gemmeis astra lucentibus $HM_1$ gemmis atra lucentibus *E* gemmei∗.... (*parte pag. laesa non cognoscuntur nisi vestigia litt.* s) 22 lucentibus *G* 23 disruptis *E* sorores *G*

Digitized by Google

M. St.

germinis arbor est, quae una eademque feruoris humorisque iugalitate gignuntur. Itaque istae arbores quae sucinum sudant, dum maturatis frugibus solis feruor torrentibus ipsis Iunio Iulioque mensibus incendiosior cancri atque leonis tetigerit metas, tunc istae arbores aestu ualido fissis corticibus sucum sui liquoris in Eridano flumine aquis durandum emittunt. | ‖

51 XVII. De tripo, sagittis et Pithone. 646

His tripum quoque Apollini adiciunt, quod Sol et praeterita nouerit et praesentia cernat et futura uisurus sit. Arcum uero huic sagittasque conscribunt, siue quod de circulo eius radii in modum sagittarum exiliant seu quod suorum radiorum manifestatione omnem dubietatis scindat caliginem, unde etiam Pithonem sagittis interemisse
52 fertur; pithos enim Grece credulitas dicitur. | Et quia omnis falsa credulitas sicut serpentes luce manifestante deprimitur, Pithonem eum interfecisse dicunt. ‖

Quare sine barba pingitur, cum pater dicatur. 647

Quia occidendo et renascendo semper est iuuenior siue quod numquam in sua uirtute deficiat ut luna, quae crescit aut minuit.

---

8 *sqq. v.* myth. Vat. II 20 13 *sqq. v.* myth. Vat. II 19 18 *sqq. v.* myth. Vat. III 8, 4

---

1 arbores sunt *G* quia *G* 3 maturis *Hβ* 5 arborestu *R* 6 heridano *E* 8 tripum — pitonem $R_1$ tripo — pitone $R_2$ tripho — phitone *DG* trifo — phytone *M* de tripodis et sagittis *E* fb̃. de tripo *H* 9 triphum *DG* ripum $H_1$ ripodem $H_2$ 13 manifestationẽ *T* 14 etiam] et *H* phitonem *TDE* phuthonem *H* phytonem *M* *deest in G* 15 fertur] dicitur *H* pythos *H* phitis *D* phitos *TMβ* 16 serpentis $RTH_1$ serpens $DM_2$ sicut serpentes *om E* 17 phytonem *H* phithonem *D* pythonem *E* phitonem *TMG* interemisse *β* 18 pingitur *om E* 19 iunior *E deterr* 20 quo *T* 21 minuitur *β*

## XVIII. Fabula Mercurii.

Si furtis praefuerunt dii, non erat opus criminibus
iudicem, ex quo culpae habuerunt caelestem auctorem.
Mercurium dicunt praeesse ne||gotiis, uirgam ferentem 648
serpentibus nexam, pennatis quoque talaribus praeditum,
53 hunc | etiam internuntium furatrinumque deum. Quid sibi
uero huius nominis atque imaginis significatio disserat,
edicamus. Mercurium dici uoluerunt quasi mercium-curum;
omnis ergo negotiator dici potest Mercurius.

### Quare pennas.

Pennata uero talaria, quod negotiantum pedes ubique pergendo [quasi] pennati sunt. ||

### Quare uirgam. 649

Uirgam uero serpentibus nexam ob hoc adiciunt, | quod mercatus det aliquando regnum ut sceptrum, det uulnus ut serpentum.

### Quare galerem et gallum.

Galere enim coperto capite pingitur, quod omne ne-
gotium || sit semper absconsum. Gallum quoque in eius 650
ponunt tutelam, siue quod omnis negotiator semper in-
uigilet seu quod ab eius cantu surgant ad peragenda
negotia.

---

1 *sqq. v.* myth. Vat. II 41. 42 III 9, 1, 3

---

3 iudice *G* abuerunt *T* 5 pinnatis *RT* 8 ediscamus *T* cyrum *T* curam *Bern* 10 pinnas *R* 11 pinnata *T* negotiantium *Tβ* 12 quasi *om RTHMG suprascr HG* pinnati *RT* 13 Quare uirg. *om E* 15 det uulnus] et uulnus *Dβ* 17 galerum *Dβ* gallerem *H* 18 galero *β* galerom *ex* galerem *H* etiam *Mβ* etiam enim *H* coperto *RT* cooperto *ω* omnem $R_1$ *M* 21 ad *om TM* peragendam *T*

Digitized by Google

### Quare Ermes.

Ermes quoque Grece dicitur ab eo, quod est ermeneuse quod nos Latine disserere dicimus, illa uidelicet causa quod negotiatori linguarum sit disertio necessaria. Utra-
55 que etiam regna permeare dicitur, superna at|que inferna,
6 quod modo uentis in altum nauigans currat, modo dimersus inferna tempestatibus appetat. ||

### Quare fur, quare celer dicitur. 651

Hunc etiam deum furti ac praesulem uolunt, quod nihil intersit inter negotiantis rapinam atque periurium furantisque deierationem ac raptum. Stellam uero quae stilbos Grece nuncupatur, quam ei pagani adscribunt, ex quo etiam diei nomen inuenerunt, tantum celerior planetis omnibus currit, ut septima die suos permeet circulos, quod Saturnus uiginti octo annis et Iuppiter duodecim possunt; unde etiam Lucanus ait: motuque celer Cyllenius hebet.

### Quare Argum occidit.

Denique etiam Argum luminum populositate conseptum in||teremisse dicitur, dum oculorum inmensam 652
56 unius corporis segetem ubique uiua circumspectione flo|ren-
21 tem singularis uulneris recussu falcifero messuisset curuamine. Quid sibi ergo tam fabulosum Greciae commentum

2 *v.* myth. Vat. I 119 11 *cf.* schol. ad Germ. Arat. p. 186, 8 sqq. 6 Lucan. Phars. I 662 (haeret)

1 Hermes *G* Quare Erm. *om E* 2 Hermes *RT* dicitur grece *β* 4 dissertio *β* 5 etiam *R* enim *ω* 6 demersus *DGM* 7 tempestatibus inferna *G* 8 fur et celer *HE* fur uel celer *G* dicatur *R om β* 9 ducere *supra* uolunt $H_2$ 11 stillam $R_1$ *M* stella *β* stiluos *α*[*M*] stilbos *Mβ* stilbon (= στίλβων) *Muncker* 13 dii *M* dei (*rectene?*) *T* (*sed suprascr* i) 14 septimo *H* 15 iupiter *HG* possint *RHT* 16 cylenius *D* chyllenius *M* cillenius *HE* hebet *R* hæbet $TM_2$ haeret *ex* habet *H* habet $DM_1$ heret *β* 17 dicitur occidisse *G* 19 fertur *E* 21 recursu *ω* recussu *Muncker*

M. St.

uelit, nisi quod etiam centum custodes totidemque astutos
sine negotiatione uacuos — unde et Argus Grece uacuus
dicitur — et furantis astutia et negotiantis circumuenit
*57* astuta falcataque cautela. Solet igitur ad|ludere his specie-
bus et honeste mendax Grecia et poetica garrulitas semper
de falsitate ornata, ||

### XIX. De Danae *653*

dum et Danae imbre aurato corrupta est non pluuia, sed
pecunia,

### XX. De Ganimede

et raptum . . . Ganimedem aquila non uere uolucris, sed
bellica praeda. Iuppiter enim, ut Anacreon antiquissimus
auctor scripsit, dum adversus Titanas, id est Titani filios
*58* qui frater Saturni fuerat, || bellum adsumeret et sa|cri- *654*
ficium caelo fecisset, in uictoriae auspicium aquilae sibi
adesse prosperum uidit uolatum. Pro quo tam felici
omine, praesertim quia et uictoria consecuta est, in signis
bellicis sibi aquilam auream fecit tutelaeque suae uirtuti
dedicauit, unde et apud Romanos huiuscemodi signa tracta
sunt. Ganimeden uero bellando his signis praeeuntibus
rapuit, sicut Europam in tauro rapuisse fertur, id est in
nauem tauri picturam habentem, et Isidem in uacca, simi-
liter in nauem huiusce picturae. Denique ut hoc || certius *655*
esse cognoscas, nauigium Isidis Aegyptus colit. |

---

11 *sqq. v.* myth. Vat. II 198 III 3, 5

---

2 sine] nisi *HE* negotio *T* 2 uaguos $R_1$ *deleto poster.* u *H* uagos *β* uaguus *H* uagus *β* 4 astu falcata *β* in his *H* 7 de dane *αE om G* 8 cum et *T* dane *HTMDβ* 9 de dane · de ganemede *G* 11 at rapuit *G* raptum *ω deest* traxit *uel sim* ganimeden *HT* 13 scribit *RD* scribsit *H* 17 homine $R_1$ $H_1$ *rasura ante* o *β* 18 uirtute *H* uirtutis *G* que *om T* 19 aput *R* tractata *TM* 20 Ganimedem *Hβ* 22 naue $GH_2D$ (m *in ras*) habente *GD* (*linea supra* e *eras*) 23 in *ante* nau. *om RHTMG* naui $H_2$ naue *GD* (*eras* m) 24 aegiptus *T* egiptus *G*

Digitized by Google

M. St.

59 XXI. Fabula Persei et Gorgonarum.

Perseum ferunt Medusae Gorgonae interfectorem. Gor-
gonas dici uoluerunt tres, quarum prima Stenno, secunda
Euriale, tertia Medusa, quarum quia fabulam Lucanus et
Ouidius scripserunt poetae grammaticorum scolaribus rudi-
mentis admodum celeberrimi, hanc fabulam referre super-
fluum duximus. Theocnidus antiquitatum hi||storiographus 656
refert Forcum regem fuisse, qui tres filias locupletes
derelinquit. Quarum Medusa maior quae fuerat locuples
60 regnoque colendo fructificando|que ampliauerat — unde et
Gorgo dicta est quasi georgigo; nam Grece georgi agri-
cultores dicuntur; serpentino uero capite ideo dicta est,
quod astutior fuerit; cuius regnum opimum Perseus in-
uidens ipsam quidem interemit — ideo uolaticus dicitur,
quod nauibus uenerit —, cuius capite id est substantia
ablata ditior factus non parua regna obtinuit. Denique
et Atlantis regnum inuadens quasi per Gorgonae caput,
id est per substantiam eius, eum in montem fugire con-
61 pulit, un|de in montem conuersus esse dicitur. Tamen
quid hac sibi tam subtili sub i||magine ornatrix Grecia 657
sentire uoluerit, edicamus. Gorgonas dici uoluerunt tres,
id est tria terroris genera; primus quippe terror est qui
mentem debilitat, secundus qui profundo quodam terrore

---

2 *sqq. v.* myth. Vat. I 130 II 112. 113 III 14, 1—3 4 *cf.* Lucan. Phars. IX 629 sqq. 5 *cf.* Ovid. metam. IV 617 sqq.

---

1 Gorgone *H* De Perseo *E* 3 uoluerunt dici *E* stennio *E* 5 Ouidius *Bern Marc* bidius *RH* biduus *T* liuius *ω* 7 Theocritus *edd* storiografus *T* istoriogr- *M* historiografus (hy- *E*) *β* 9 derelinquit *R* dereliquit *ω* derel. — locuples *om T* 10 regnumque *HDβ* 11 georgigo (-co *T* *deleto tertio* g *H*) *α* georgio *β* grece *om E* georgi grece *G* 13 optimum *EH* (*sed* t *expunx. ead. m.*) inuadens *β* $H_2$ 14 interimit *T* 15 substantia — id est per *l. 18 om H* 16 optinuit *Rβ* *ante* et: pugnando cum Medusa et uincendo animosior factus *ex uet. cod. Modius* 17 capite *MT* -tae *R* 18 monte *MH* fugire $R_1$ *T* fugere *ω* 19 unde et *D*

mentem spargit, tertius qui non solum mentis intentum, uerum etiam caliginem ingerat uisus — unde et nomina tres Gorgones acceperunt; [prima Stenno,] Stenno enim Grece debilitas dicitur, unde et astenian infirmitatem dicimus, secunda Euriale id est lata profunditas, unde et Homerus *Τροίην εὐρυαγυῖαν* dixit, id est Troiam latas plateas habentem —, itaque Medusam quasi meidusam, quod uider*e* non possit. Hos ergo terrores Perseus adiuuante Minerua, id est uirtus adiuuante sapientia, interfecit. Ideo ‖ auersus uolat, quod uirtus terrorem num- *658*
quam aspicit. Speculum etiam ferre dicitur, quod omnis
*62* terror non solum in cor|de, sed etiam in figura transeat. De sanguine eius nasci fertur Pegasus in figura famae constitutus; uirtus enim, dum terrorem amputauerit, famam generat; unde et uolare dicitur, quia fama est uolucris. Unde et Tiberianus: 'Pegasus hinnientem transuolaturus ethram'. Ideo et Musis fontem ungula sua rupisse fertur, quod Musae ad describendum famam heroum aut sequantur proprium aut indicent antiquorum.

## XXII. Fabula Admeti et Alcestae.

Sicut nihil benigna superius coniuge, ita nihil infesta crudelius ‖ muliere. Quanto enim sapiens pro uiri [sui] *659*
salute suam opponit animam pigneri, tanto maligna ad

---

6 Hom. Il. II 141  16 Poet. Lat. min. ed. Baehrens III p. 269 *cf.* Augustin. de mus. III, 2, 3 (in nitentem peruolaturus)  21 *sqq. v.* myth. Vat. I 92 II 154 III 13, 3

---

1 tertium *T*  intentionem *G* intuitum *Locher*  2 ingerit *Hβ* ingenerat *M*  3 acciperunt *$R_1$ T*  prima Stennio *E om ω*  stennio *E* Stennuo *M*  4 elastenian *R* et astenian *H* et asteniam *ω*  5 secunda — profunditas *om G*  6 trien eurianam *R* TRIEN EURIANdN *T* ΘPIENE VRIA AIAN *E sim ω*  dixit *om Rβ*  8 uideri *ω* uidere *Muncker*  9 uirtutis *$MR_2D$* uirtute sapientiae *Bern*  interficit *T*  12 figuram *HE*  16 innientem *M cf. p. 7, 19* in nitentem?  17 rapuisse *Bern*  18 scribendum *E*  19 proprium *RD* proprium priorum *M* priorum *ω rectene?*  20 Atmeti *RMD*  21 benigna nihil *H*  22 sui *om RTMD*



Digitized by Google

M. St.

mariti mortem etiam suam uitam reputat nihili; ergo
coniunx quantum iure coniunctior, tantum est aut morum
dulcedine mellea aut felle malitiae toxica*ta*, est quippe
aut perpetuale refugium aut perenne tormentum. Ad-
metus rex Greciae Alcestam in coniugio petit; cuius pater
edictum proposuerat, ut si quis duas feras sibi dispares
63 suo curru iungeret ipse illam in coniugio accepisset. | Is
igitur Admetus Apollinem atque Herculem petit et ei ad
currum leonem et aprum iunxerunt, itaque Alcestam in
coniugio accepit. Cumque in infirmitatem Admetus deci-
disset et mori se conperisset, Apollinem deprecatus est;
ille uero dixit se ei aliquid [in infirmitate] non posse
praestare, nisi si quis se de eius ‖ propinquis ad mortem 660
pro eo uoluntarie obtulisset. Quod uxor effecit; itaque
Hercules dum ad Tricerberum canem abstrahendum de-
scenderet, etiam ipsam de inferis leuat. Admetum posue-
runt in modum mentis, ideo et Admetus nuncupatus est
quasi quem adire poterit metus. Hic itaque Alcestam in
coniugio desiderat; alce enim Grece lingua Attica prae-
sumptio dici‖tur, unde et Homerus ait: *ἀλλ' οὐκ ἔστι βίη* 661
*φρεσὶν οὐδέ τις ἀλκή*, hoc est: non est aliqua uirtus in
mentibus neque aliqua praesumptio. Ergo mens prae-
sumptionem sperans sibi coniungi duas feras [dispares]
64 suo currui subiungat, id est suae uitae duas | uirtutes

---

20 Hom. Il. III 45

---

2 coniux *Dβ* 3 toxtae (*del* e) *M* toxica *ω* toxsicata $H_2$ toxicata *Marc* 4 Atmetus (Atmeus *T*) *α* 5 alcestem *G* coniugium $H_2$ petiit *HG* 6 si *om T* qua$^{i}$s *T* 7 currui *MDβ* coniunçgeret *T* 8 Atmetus *RTD* petiit *β* 10 infirmitate *MH Bern* Atmetus *RTD* dicedissit *R* discidissit *H* 12 aliquid] aliud *Scriverius* in infirmitate *H Marc om ω* 13 si *om TG* 14 optulisset *RT* et fecit *H* 15 discenderit $R_1$ *T* 16 Atmetum *T* 17 et *α*[*H*] *om ω* atmetus *T* 18 alcestem *G* in coniugio alcestam *E* 19 alce — dicitur *om G* 20 aluces tibie fresinuditis (-detis *T*) alce *RT sim ω* 23 dispares *solus Marc*

Digitized by Google

M. St.

asciscat, animi et corporis, leonem ut uirtutem animi, aprum ut uirtutem corporis. Deni||que et Apollinem et 662
Herculem sibi propitiat, id est sapientiam et uirtutem. Ergo praesumptio semet ipsam ad mortem pro anima obicit ut Alcesta, quam praesumptionem quamuis in periculo mortis deficientem uirtus de inferis reuocat, ut Hercules fecit [Alcestam]. | ||

---

# 65 LIBER II 663

Studens, mi domine, tuo reuerendo imperio meam stultitiam uelut naufrag⟨*us tu*⟩o commisi iudicio bifida ambiguitate suspensus, utrumne lector quilibet laudet constructa aut destruat laborata. Sed quia nullatenus haec nostrum aut nomen extollunt aut crimen officiunt, illo uidelicet pacto quod si ab his lector melius sapit, deum proferat qui potiora concessit, sin uero ab his minus aliquid desipit, ipsum proferat qui ista contribuit: ergo et haec non nostra sunt, sed eius donum, et quae ampliora eueniunt, non hominis, sed diuinum est largimentum; sicut enim liuoris nota est silere quod noueram, ita non crimen est enarrare quod senseram. Ergo si his amplius sapis, lauda mentem purissimam quae quod habuit non negauit, si haec ante nescieras, habes arenam nostri studii ubi tui exerceas palestram ingenii.

---

3 propitiet *β* 7 alcestam *soli HE* 8 Fabii Planciadis Fulgentii uiri clarissimi mitologiarum liber primus explicit incipit liber II *R sim ω om T tabula fabularum sequitur in β* 10 nauifrago *E* naufrago *ω* naufrag⟨us tu⟩o *He cf. p. 58, 21* diffida *Wopkens* 11 utrum neglector *T* 12 aut] an *THE* destruet *T* 13 efficiunt *E* 15 qui — 16 proferat *om H* 15 praeferat *β* 16 praeferat *Dβ* 18 ueniunt *M Bern* 19 liboris *R* laboris *H* 20 est *om T* narrare *TM* is *T* 23 tui *TMDBernG* tu *ω*



Digitized by Google

M. St.

## I. Fabula de iudicio Paridis.

Philosophi tripertitam humanitatis uoluerunt uitam,
ex quibus primam theoreticam, secundam practicam, ter-
66 tiam filargi||cam uoluerunt, quas nos Lati|ne contempla- 664
tiuam, actiuam, uoluptariam nuncupamus; ut etiam pro-
pheta ait: 'Beatus uir qui non abiit in consilio impiorum
et in uia peccatorum non stetit et in cathedra pestilen-
tiae non sedit', id est non abiit, non stetit, non sedit.
Prima igitur contemplatiua est quae ad sapientiam et ad
ueritatis inquisitionem pertinet, quam apud nos episcopi,
sacerdotes ac monachi, apud illos philosophi gesserunt;
quibus nulla lucri cupiditas, nulla furoris insania, nullum
liuoris toxicum, nullus uapor libidinis, sed tantum inda-
gandae ueritatis contemplandaeque iustitiae cura macerat,
fama ornat, pascit spes. Secunda actiua est quae tantum
uitae commodis anxiat*a*, ornatui petax, habendi insatiata,
rapiendi cauta, seruandi sollicita geritur; plus enim quod
habeat cupit quam quod sapiat quaerit, nec considerat
quod expediat, ubi intercedit || quod rapiat; denique ideo 665
non perstat stabile, quia non uenit honeste; hanc enim
uitam penes antiquos aliqui tyranni, penes nos mundus
omnis gerit. Uoluptaria uero uita est quae libidinis tan-
tummodo noxia nullum honestum reputat bonum, sed

---

2 *sqq. v.* myth. Vat. III 11, 22    6 Psalm. 1, 1

---

2 philosofi *R*  tripartitam *E*  esse uitam *β*  3 theor**icam *D* (*eraso* et) theoricam *Bern*  4 filargiram? *Plasberg schol:* filos (filios *corr* philos *G*) đr amor unde & filargiria (philargia *suprascripto* ri *G*); est aū filargiria (ph- *G*) amor terrenarū rerū, sed proprie amor argenti (sed — arg. *om G*) *β*  5 uoluntariam *RT*  6 habiit *RHMβ em* $G_2$  7 chathedra *T*  8 habiit *RTM*  10 *et* 11 aput *R*  philosofi *R*  12 quibus *R*$H_1$ *TM* quos *ω*  13 liboris $R_1$ *T*  14 macerat cura *M*  15 spes pascit *E*  16 anxiat *a* t *delet H* anxia *β* anxiata *He* ornatus *Tβ* habendis *RT*  17 seruandis *D* qui habet *T* quid habeat *M*  19 quid expediat *β*$D_2$  20 prestat *T* stabili *M* uenit] nouit *G*  22 libidini *β*$D_2$ tantum *G*  23 obnoxia *Tβ*$D_2$

Digitized by Google

67 solam ui|tae adpetens corruptelam aut libidine mollitur aut homicidiis cruentatur aut rapina succenditur aut liuoribus rancidatur; sed hoc penes illos Epicurei ac voluptarii, penes nos uero huiusmodi uita natura, non crimen est; et quia bonum nemo gerit, nec nasci bonum licet. Id itaque considerantes poetae trium dearum ponunt certamina, id est Mineruam, Iunonem et Uenerem de formae qualitate certantes. Ideo uero Iouem his non posse iudicare dixerunt, siue quod praefinitum mundi iudicium ignorabant, quia in libertatem arbitrii constitutum hominem crederent, — quod itaque, si uelut deus || Iuppiter iudi- 666
casset, damnando duas unam tantummodo terris uitam dimitteret; sed ideo ad hominem iudicium transferunt cui liberum deligendi debetur arbitrium. Sed bene pastor, quia non ut sagitta certus et iaculo bonus et uultu decorus et ingenio sagacissimus, denique brutum quiddam desipuit et ut ferarum ac pecudum mos est ad libidinem limaces uisus intorsit quam uirtutem aut diuitias inquisiuit. Sed quid sibi tres deae de tribus uitarum ordinibus uindicent edicamus. |

68 De Minerua.

Primam uitam theoreticam, quam nos in contemplandae sapientiae honore dicimus; ideo de Iouis uertice natam dicunt, quia ingenium in cerebro positum sit, ideo armatam, quod munita sit. Gorgonam etiam huic addunt in pectore quasi terroris imaginem, ut uir sapiens terrorem contra aduersarios gestet in pectore. Cristam cum galea

---

23 *sqq. v.* myth. Vat. II 39. 206 III 10, 2 schol. ad Statii Theb. II 715 (ed. Kohlmann)

---

1 libidinis *T* 3 rancidantur $R_1$ epicuri *RMDβ* aut *E* 4 penes uero nos *β* 8 his] is *M* non posse his *β* 9 siue quia *deterr* 10 libertate *MDβ* ominem *T* 17 dissipuit *T* 21 fabula Mineruae *G* 22 theoreticam *ME* theoricam *ω cf. p. 36, 3* 23 honere *T* 24 dicunt *om RTDG* dicunt — armatam *om E* armata *M* 26 terroris — sapiens *om H* 27 gestat *E* galeā *T*

Digitized by Google

ponunt, ut cerebrum sapientis et armatum sit et decorum; ‖ unde et Plautus in Trinummo ait: 'Hic fungino 667
certe est capite, totum se tegit'. Triplici etiam ueste subnixa est, seu quod omnis sapientia sit multiplex siue etiam quod celata. Longam etiam hastam fert, quod sapientia longe uerbo percutiat. Triplici etiam ueste, quod omnis sapientia tecta extrinsecus rarius cognoscatur. In huius etiam tutelam noctuam uolunt, quod sapientia etiam in tenebris proprium fulgorem possideat. Inde etiam et conditricem Athenarum eam uolunt. Minerua denique et Athene Grece dicitur quasi athanate parthene, id est inmortalis uirgo, quia sapientia nec mori poterit nec corrumpi. |

69 De Iunone.

Iunonem uero actiuae praeposuerunt uitae; Iuno enim quasi a iuuando dicta est. Ideo et regnis praeesse dicitur, quod haec uita diuitiis tantum studeat; ideo etiam cum sceptro pingitur, quod diuitiae regnis sint proximae; uelato etiam capite Iunonem ponunt, quod omnes diuitiae sint semper absconsae; deam etiam partus ‖ uolunt, quod 668
diuitiae semper praegnaces sint et nonnumquam abortiant. Huius quoque in tutelam pauum ponunt, quod omnis uita potentiae petax in aspectum sui semper quaerat ornatum; sicut enim pauus stellatum caudae curuamine concauans antrum faciem ornet posterioraque turpiter nudet, ita

---

2 Plaut. Trin. 851 (fungino genere est) 15 *sqq. v.* myth. Vat. II 4 III 4, 5 22 *sqq. v.* myth. Vat. II 5

---

1 sapientis cerebrum *E* 2 funginocet eē capite *M* 4 subnexa? *Plasberg* 7 agnoscatur *HT* 8 tutela *DE* 11 atene *RM* athanathe parthene *RMDβ* athanase patane *H* 12 poterat *THM* 16 a *om T* iubando *R₁ T* 17 studeat tantum *E* 18 regni *H* regnis — 19 diuitiae *om D* 21 pregnantes *Bern H₂* abortiantur *M* 22 in tut.] in *om RTMD* 23 petax aspectum *DG* ornatus *Dβ* 24 enim *om RTMD* stillatum *R₁ TH* curuamen *DG* 25 antrum] anterius *DG* nudat *β*

Digitized by Google

M. St.

diuitiarum gloriaeque appetitus momentaliter ornat, postrema tamen nudat; unde et Teofrastus in moralibus ait: τὰ λοιπὰ γνῶϑι, id est: reliqua considera, et Salomon: ‘In obitu hominis nudatio operum eius’. Huic etiam Irim quasi arcum pacis adiungunt, quod sicut ille ornatus
70 uarios pingens arquato curuamine momentali|ter refugit, ita etiam fortuna quamuis ad praesens ornata, tamen est citius fugitiua.

## De Uenere.

Tertiam Uenerem uoluptariae uitae in similitudinem posue||runt. Uenerem dici uoluerunt aut secundum Epi- 669
cureos bonam rem aut secundum Stoicos uanam rem; Epicurei enim uoluptatem laudant, Stoici uoluptatem damnant; isti libidinem colunt, illi libidinem nolunt. Unde et Afrodis dicta est — afros enim Grece spuma dicitur —, siue ergo quod sicut spuma libido momentaliter surgat et in nihilum ueniat, siue quod concitatio ipsa seminis spumosa sit. Denique ferunt poetae quod exsectis falce Saturni uirilibus atque in mare proiectis exinde Uenus nata sit, illud nihilominus ostendere uolens poetica uanitas quod Saturnus Grece Cronos dicitur; chronos enim Grece tempus

---

4 Ecclesiasticus 11, 29  4 *sqq. v.* myth. Vat. II 6 III 4, 6  10 *sqq. v.* myth. Vat. III 11, 1  14 *sqq. v.* myth. Vat. II 30 III 1, 5, 7

---

1 postremo *G*  2 teufrastus *MHBern* teuprastus *TR* (*add* h) theofrastus *D* theofractus *G* theophrastus *E*  3 tali panoti *RTDE sim HM om G*  4 obitum *T*  sicut etiam *G*  6 arquato *RH* arcuato *ω*  refulget *Marc*  7 est *om H*  10 Tertiam — similitudinem *post* dicitur 21 *T*  uoluptuariae *M*  11 uoluerunt dici *G*  epicuros *ω em* $H_2$  12 istoicos *TM*  13 epicurei *H* epicuri *ω*  istoici *TM*  laudant — uoluptatem *om G*  15 afrosis $H_2$*E* affrodis *G*  affros enim *G*  18 fuerunt *T*  exactis *T*  19 uiribus *R*$M_1$  20 illut *R*  uolentes *H*  uolens *om T*  21 chronos — chronos *α* cronos — cronos *G*  crhonos — crhonus *E*

Digitized by Google

uocatur. Abscisae ergo uires temporis, id est fructus, falce
quam maxime atque in humoribus uiscerum uelut in mari
proiectae libidinem gignant necesse est. Saturitatis enim
abundantia libidinem creat, unde et Terentius ait: 'Sine
71 Cerere et Libero friget Uenus'. | ‖ Hanc etiam nudam 670
pingunt, siue quod nudos sibi adfectatores dimittat siue
quod libidinis crimen numquam celatum sit siue quod
numquam nisi nudis conueniat. Huic etiam rosas in tute-
lam adiciunt; rosae enim et rubent et pungunt, ut etiam
libido rubet uerecundiae opprobrio, pungit etiam peccati
aculeo; et sicut rosa delectat quidem, sed celeri motu
temporis tollitur, ita et libido libet momentaliter, fugit
perenniter. In huius etiam tutelam columbas ponunt, illa
uidelicet causa, quod huius generis aues sint in coitu
72 feruidae; huic etiam | tres adiciunt Carites, duas ad nos
conuersas, unam a nobis auersam, quod omnis gratia
simplex eat, duplex redeat; ideo nudae sunt Carites, quia
omnis gratia ne‖scit subtilem ornatum. Hanc etiam in 671
mari natantem pingunt, quod omnis libido rerum patiatur
naufragia, unde et Porfirius in epigrammate ait: 'Nudus,
egens, Ueneris naufragus in pelago.' Conca etiam marina
portari pingitur, quod huius generis animal toto corpore
simul aperto in coitu misceatur, sicut Iuba in fisiologis
refert. | ‖

---

5 Ter. Eun. 732   8 *sqq. v.* myth. Vat. II 31   14 *sqq. v.* myth. Vat. II 33   15 *sqq. v.* myth. Vat. II 36   20 Optat. Porfyr. rec. L. Mueller XXIX p. 31   21 *sqq. v.* myth. Vat. II 32

---

2 mare *TH*   4 habundantia *M*   rentius $R_1$   terrentius *TH*   6 sibi] sui *Salmasius*   adsectatores *H*   7 celatum — numquam 8 *om G*   10 oppproprio *RM*   obprobrio *Hβ*   12 et fugit *Dβ*   dolet *Marc*   15 caritates $R_2$ *E*   carit. adiciunt *E*   17 simplex — gratia 18 *om TG*   eat duplex *om D*   caritates $R_2$ *E*   19 natam $R_2$   20 porphirius *TG* porphyrius *E*   21 concha *HD*   concham *β*   marinam habere (portare *G*) pingitur *β*   23 apto *R* aperito *T*   phisiologis *β*

M. St.

73 **II. Fabula Herculis et Omfalae.** 672

Parcite quaeso iudices humanis ardoribus. Quid enim
puerilis aut muliebris sensus in amorem efficiat, ex quo
in libidinis pugna Herculea desudat uirtus. Mulieris enim
inlecebra maior est mundo, quia quem mundi magnitudo
uincere non potuit libido conpressit. Inuasit ergo uirtutem
de crimine femina quam mereri non potuit de natura.
Hercules enim amauit Onfalem, quae eum persuasit et
coli deligatos eneruare contractus et lasciuienti pollice
fusi te‖retem rotare uertiginem. Hercules enim Eracles 673
Grece dicitur, id est eroncleos quod nos Latine uirorum
fortium famam dicimus, unde et Homerus ait: *κλέος οἶον
ἀκούσαμεν*, hoc est: famam solam audiuimus. Ideo et
Alcei nepos dicitur: alce enim Grece praesumptio inter-
74 pretatur; nam et Almenam matrem habet | quasi almera,
quod Grece salsum dicitur. Nam ex igne ingenii ut ex
Ioue et ex praesumptione ut ex Alceo auo et ex salsidine
sapientiae ut ex Almena quid nascitur nisi fortitudinis
gloria. Et tamen a libidine superatur; onfalon enim Grece
umbilicum dicitur; libido enim in umbilico dominatur
mulieribus, sicut ‖ lex diuina dicit: 'Non est praecisus 674
umbilicus tuus', quasi si diceret: peccatum tuum non est
amputatum; nam et matrix illuc catenata constringitur,

---

4 *sqq. v.* myth. Vat. II 155 III 13, 1 12 Hom. Il. II 486 *cf. p.* 25, 18 14 *v.* myth. Vat. II 149 21 Ezech. 16, 4

---

1 Omphale *β* 3 amore *Dβ* 5 *inde a* magnitudo *denuo incipit P* magnitudine *T* 8 onfalen *H* omfalem *MD* omphalen *E* omphalēn *G* 9 deligatos *α*[*D*]*Bern* delicatos *Dβ* contractos *M* 10 heracles *β* 12 cleosyon acusamen *PRTDG sim ω* 13 id est *E* 14 alcengrece *G* 15 alcmenam *G* 16 ingenii] ignei *D* igneus *β* 17 et *om T* alce[a]uo (*add m. 2*) *M* alce (*omisso* auo) *H* et *om T* salsedine *E* 18 alcmena *G* 19 superantur *M* omfalon *D* omphalon *β* omphalos *Neap* 20 umbilicus *MDβ* dicitur umbilicus *β* 21 dicit] ait *M* 22 non est pecc. tuum amp. *HE* 23 matri *T* illic *Tβ*

Digitized by Google

unde et epomfalia eodem loco firmandis fetibus opponuntur. Ostendit ergo quod libido quamuis etiam inuictam possit superare uirtutem.

## III. Fabula Caci et Herculis.

Si fumum fures eructuant, quis inuolantem dum negat
agnoscat. Ergo aut caliginem aut fumum obicit ne agnosci
possit, aut in fumum uanescit substantia quae furtiue
*75* succedit. Cacus enim Herculis boues furasse dici|tur, quos
cauda in speluncam tractos abscondidit; quem Hercules
presso gutture interfecit. Cacon enim Grece malum dici-
mus. Ergo omnis malitia fumum eruptuat, id est aut
quod contra sit ueritati hoc est luci aut quod acerbum
sit ui||dentibus ut fumum oculis aut quod semper occultas *675*
obscurasque cauillationes obiciat. Ideo et duplex quod
malitia multiformis, non simplex sit; triplici etiam modo
nocet malitia, aut in euidenti ut potentior aut subtiliter
ut falsus amicus aut occulte ut inpossibilis latro. Ideo
etiam subtractos boues transuersis ducit uestigiis quod
omnis malignus, aliena ut inuadat, transuersa defensionis
nititur uia. Ideo et bona Herculis concupiscit, quia omnis
malignitas est uirtuti contraria. Denique in spelunca abs-
*76* conditur, quod numquam maligni|tas aperta liberior fronte
sit; sed uirtus et malos interficit et sua uindicat.

---

4 *sqq. v.* myth. Vat. I 66 II 153 III 13, 1

---

1 epimfalia *αG* epimphalia *E* epomphalia *edd* 2 ostenditur *HDβ* 5 eructant *G* 6 aut fum.] ut fum. *TBern* 7 uanescat *T* 8 herculi *RMD* furatus esse *deterr* 9 abscondit *TH* 10 dicitur *T* 11 eructuat *HDβ* 12 quod *om R* contraria *DBernG* contra *ω* acerba *G* 13 sit] est *H* fumum *PRMEBern* fumus *ω* 14 triplex *Bern* 15 triformis *Bern* 16 ut potentior *Bern deterr* potentior *ω* 17 ut falsus *GBern deterr* falsus *ω* occulte ut] occulte *H* possibilis *E* inuisibilis *Neap* improuisibilis *Barth* 18 transuersos *D* 19 ut] aut *T* trauersa *RT* 20 utitur *P*

Digitized by Google

M. St.

## IV. Fabula Antei et Herculis.

Anteus enim in modum libidinis ponitur, unde et Grece antion contrarium dicimus; ideo et de terra natus, quia sola libi||do de carne concipitur. Denique etiam tacta 676
terra uiridior exurgebat; libido enim quanto carni consenserit, tantum surgit iniquior. Denique a uirtute gloriae quasi ab Hercule superatur; nam denegato sibi terrae tactu commoritur altiusque eleuatus materna non potuit mutuari suffragia, quo euidentem suae rei fabulam demonstrasset. Omnem enim mentem dum uirtus in altum sustulerit et carnalibus eam denegarit aspectibus, uictrix statim exurgit. Ideo etiam et diu in certamine dicitur desudasse, quia rara est pugna quae cum concupiscentia uitiisque congreditur, sicut Plato in moralibus ait: 'Sapientes uiri maiorem cum uitiis quam cum inimicis pugnam gerunt'. Nam et Diogenes quinicus dum dolore ramicum torquere-
77 tur et uidisset homines ad | amphitheatrum concurrentes dicebat: 'Qualis hominum stultitia; currunt spectare feris homines repugnantes et me praetereunt cum naturali dolore certantem'.

## V. Fabula Teresiae.

Teresias serpentes duos concumbentes uidit, quos cum uirga || percussisset, in feminam conuersus est. Iterum 677
post temporis seriem eos concumbentes uidit, similiterque

---

2 *sqq. v.* myth. Vat. I 55 II 164 III 13, 2 22 *sqq. v.* myth. Vat. I 16 II 84 III 4, 8

---

1 Anthei *β* 2 Antheus *β* 3 anteon *G* antheon *E* 4 quod *RG* 5 uiritior *PR* uiricior *T* uridior (*suprascr* ti *m. 2*) *H* uirilior *MDG* uir fortior *E* ualidior *deterr* uiridior *Bern Marc myth. Vat. III 13, 2* 9 que uidentem *PRT* qua euidentem *MHE* 11 denegaret *T* denegauerit *HDβ* affectibus? *He* 12 diu eam *H* 14 mortalibus *PRM*$_1$ 16 cinicus *MDG om E* cum *DG* 18 omnium *PRTE* 22 duo *R* duos serpentes *H* 24 similiter quibus percussis *E*

Digitized by Google

percussis iterum est in pristinam naturam conuersus. Ideoque dum de amoris qualitate certamen Iuno et Iuppiter habuissent, eum iudicem quaesierunt. Ille dixit tres uncias amoris habere uirum et nouem feminam; Iuno irata ei lumen ademit, Iuppiter uero diuinitatem ei concessit. Grecia enim quantum stupenda mendacio, tantum est admiranda commento; Teresiam enim in modum temporis posuerunt quasi teroseon id est aestiua perennitas. Ergo ex uerno tempore, quod masculinum est quia eodem tempore clusura soliditasque est germinum, dum coeuntia sibi adfectu animalia uiderit eaque uirga id est feruoris aestu percusserit, in femineum sexum conuertitur, id est in aestatis feruorem. Ideo uero aestatem in modum posuerunt feminae, quod omnia patefacta eodem tempore suis emergant folliculis. Et quia duo concipiendi sunt tempora, ueris et autumni, iterum conceptu prohibito ad pristinam redit imaginem. Autumnus enim ita omnia masculino corpore astringit, quo constrictis arborum ||
78 uenis ui|talis suci conmerciales transennas iterum stringens 678
foliorum marculentam detundat caluitiem. Denique duobus diis id est duobus elementis arbiter quaeritur, igni atque aeri, de genuina amoris ratione certantibus. Denique iustum proferat iudicium; in fructificandis enim germinibus dupla aeri quam igni materia suppetit; aer enim et maritat in glebis et producit in foliis et grauidat in folliculis, sol uero maturare tantum nouit in granis. Nam, ut hoc certum sit, cecatur etiam a Iunone, illa uidelicet causa, quod hiemis tempus aeris nubilo caligante nigre-

1 percussos *α* natura *PR* 8 tereseon *DG* teri enim dicitur estas *post* perennitas *deterr* 9 quia — germinum *om T* 10 tempore *om G* clausura *β* 11 adfectum *PRH₁M₁* affectum *T* affecti *G* ad fetum *EH₂* estu feruoris *G* 12 id est in] *om β* id est *H* (*sed lac*) 13 posuerunt in modum *G* 15 emergat *PRTBern* 17 omnia ita *H* masc. corp. omnia *G* 19 iteri *PRTM* iteris *GD* (*an* ueris?) iterum *HBern* uteri *E* interius *edd* interstringens? *He* 23 profert *deterr rectene?* 24 suppetiat *M* 26 sol enim *DG* 28 hiemis] gemis *P* genus *R*

Digitized by Google

M. St.

scat, Iuppiter uero occultis uaporibus conceptionalem factum ei futuri germinis subministrat, id est quasi praescientiam; nam ob hac re etiam Ianuarius bifrons pingitur, quod et praeterita respiciat et futura. ||

## VI. Fabula Promethei. 679

Nulla quaerantur ultra terris munimina, dum usque in caelum peruenerint furta; aut quae securitas erit argenti uel auri, ubi flamma potuit inuolari. Prometheum aiunt
79 hominem ex luto finxisse. Quem quidem inanima|tum atque insensibilem fecerat. Cuius opus Minerua mirata spondit ei, ut si quid uellet de caelestibus donis ad suum opus adiuuandum inquireret. Ille nihil se scire ait quae bona in caelestibus haberentur; sed si fieri posset, se usque ad superos eleuaret atque exinde, si quid suae figulinae congruum cerneret, melius in re oculatus arbiter praesumpsisset. Illa inter oras septemplicis clipei sublatum caelo opificem detulit, dumque uideret omnia caelestia flammatis animata uegetare uaporibus, clam ferulam Foebiacis applicans rotis ignem furatus est, quem pectusculo hominis applicans animatum reddit corpus. Itaque
80 ligatum eum ferunt uul|turi iecur perenne praebentem.
Et quamuis Nicagorus in di||stemistea libro quem scripsit 680
primum illum formasse idolum referat et, quod uulturi

---

6 *sqq. v.* myth. Vat. I 1 II 63 III 10, 9

---

1 conceptionale *DG* fatum *G* foetum *Marc Barb* 3 ob hanc re *T* ab hac re *Bern* ob hanc rem *MHDβ* 7 argenti et auri *G* auri uel argenti *E* 11 spopondit *Hβ* 15 in re] inire (*interpret.* inuenire *Muncker*) *DG* ipse *Zink* occultatus *DG* occulta *E* 16 ora *PHTME* 18 uegetari *E* 19 phoebiacis *D* phęb- *G* fęb- *E* 21 uulturi ferunt *G* 22 nigagorus *α* nigagosus *G* nigagorius *E* nicagorus *deterr* Nicagoras *edd* distemitea *H* destemistea *M* *Διὸς θεμιστεία* *Plasberg* de Prometheo *Boschartus* *δεσμ. Προμηθέως* *Voss* 23 et eo *G*

Digitized by Google

M. St.

iecor praebeat, liuoris quasi pingat imaginem, unde et Petronius Arbiter ait:

> 'cui uoltur iecor intimum pererrat
> et querit pectus intimasque fibras;
> non est quem tepidi uocant poetae,
> sed cordis liuor atque luxus',— | ||

81 nam et Aristoxenus in lindosecemiarum libro quem scripsit 681
similia profert — nos uero Prometheum dictum quasi pronianteu quod nos Latine praeuidentiam dei dicimus; ex dei praeuidentia et Minerua quasi caelesti sapientia hominem factum, diuinum uero ignem quem uoluerunt animam monstrant diuinitus inspiratam, quae aput paganos dicitur de caelis tracta; iecor uero Prometheum uulturi praebentem quod nos cor dicimus, quia in corde aliquanti philosophorum dixerunt sapientiam, unde et Iuue-
82 nalis ait: || 'si leua parte papillae nil salit arcaico iuueni'. | 682
Denique uulturem in modum mundi posuerunt, quod mundus et celeri quadam uolucritate uersetur et cadauerum nascentium occidentiumque perennitate depascitur. Itaque alitur ac substentatur diuinae prouidentiae sapientia quae nec ipsa finiri nouit nec mundus cessare ab eius alimentis aliquatenus possit. Denique Pandoram dicitur formasse; Pandora enim Grece dicitur omnium munus, quod anima munus sit omnium generale.

---

3 Petron. ed.³ Buecheler fr. XXV  16 Iuv. sat. VII 159 (mamillae — Arcadico)

---

1 liboris *PT* laboris *E*  3 qui *G Buecheler*  iecur *MHDβ*  4 pectus trahit *Buecheler cum vet. cod. Danielis* pectus petit *Neap* - quatit *coni. Buecheler*  5 lepidi *Muncker*  6 libor *PT* labor *E*  cordis ⟨mala⟩ liuor *edd*  7 lindosecemiarum *αE* liuido *ex* lindo $H_2$ liuido setemiarum *G* liuido sententiarum *ms. Leid. ap. Muncker*. II$^{ndo}$ sententiarum *Zink*  9 PRONIANTECI *αE* PROMIΘЄIANTЄЄI *G*  prouidentiam *HDGM*$_2$ dei *om G*  10 prouidentia *GT* ex hac p̄uidentia *E*  12 aput *PR* apud *ω*  13 iecur *MHDβ*  16 arcadico *D* arcaicho *E* archadico *G*  19 depascatur *G*  20 prouidentia sapientiae *G*  23 omnium munus dicitur *DG*

Digitized by Google

## VII. Fabula de adulterio Ueneris.

Iuste uel Sol Ueneris depalat adulterium, quatenus
Luna solet eius celare secretum. Uenus cum Marte con-
cubuit, quam Sol inueniens Uulcano prodidit; ille ada-
83 mante catenas effecit ambosque religans diis | turpiter
iacentes ostendit. Illa dolens quinque filias Solis amore
succendit [id est Pasiphe, Medea, Fedra, ‖ Circe, Dirce]. 683
Quid sibi in hoc poetica alludat garrulitas inquiramus.
Perstant nunc in nostra uita de hac fabula certe admodum testimonia; nam uirtus corrupta libidine sole teste apparet, unde et Ouidius in [quinto] metamorfoseon ait: 'Uidit hic deus omnia primus'. Quae quidem uirtus corrupta libidine turpiter catenata feruoris constrictione tenetur. Haec itaque quinque Solis filias, id est quinque humanos sensus luci ac ueritati deditos quasi solis fetus hac corruptela fuscatos [amore succendit]. Ob hac re etiam huiuscemodi nomina quinque ipsis Solis filiabus noluerunt: primam Pasiphen ut uisum, id est quasi pasinfanon, quod nos Latine omnibus apparentem dicimus — uisus enim reliquos quattuor inspicit sensus, quia et eum qui clamat uidet et palpanda notat et degustata aspicit et odoranda intendit —, secundam Medeam quasi auditum

---

2 *sqq. v.* myth. Vat. I 43 II 121 III 11, 6 11 Ov. metam IV 172 (uidet)

---

1 Fab. *om G* 2 quia Luna *G* 4 intuens *Barb* 5 efficit *RTG* religan$^{s}$dis (*add. m. 2*) *M* 7 phasiphe (pas- *H*) *α* pasiphen *β* phedreā *G* circē dircē $GH_2$ fedrā circen dircen *E* 9 certa *Hβ* 11 et *om G* obidius *PR* qnto *solus Marc* q *deleto lacuna in H* metamorphoseon *HG* 12 uidet *G* 14 Haec] Has *Bern* 15 quasi] quos *T* quas *M* 16 fuscat *deterr* amore succendit *solus Marc* ob hanc rem *MHDβ* ab hac re *Bern* 17 huiusq. modi *Bern* 18 prima $PRD_1$ phasifen *PRH* phasiphen *MTDE* pasiphe *G* uisus *DE* id est *om H* pasifanon *H* phasinfanon *D* pasinphanon *E* phasiphanon *G* 21 palpando *RD* degustanda *G* 22 medean *T*

Digitized by Google

M. St.

hoc est medenidean quod nos Latine nullam uisionem
dicimus — uox enim corpore nuda est —, tertia Circe
84 tactui similis, id est quasi si diceret ciron|cr⟨*in*⟩e ‖ Grece, 684
quod nos Latine manuum iudicium dicimus, quarta Fedra
quasi odoratus, uelut si dicat feronedon quasi adferens
suauitatem, quinta Dirce saporis i*u*dex, id est quasi drimon-
crine quod nos Latine acrum iudicans dicimus.

## VIII. Fabula Ulixis et Sirenarum.

Sirenae enim Grece tractoriae dicuntur; tribus enim
modis amoris inlecebra trahitur, aut cantu aut uisu aut
consuetudine, amantur enim quaedam . . . . . . . . . ., ⟨*quae-
dam*⟩ speciei uenustate, quaedam etiam lenante consue-
tudine. Quas Ulixis socii obturatis auribus transeunt, ipse
uero religatus transit. Ulixes enim Grece quasi olonxenos
id est omnium peregrinus dicitur; et quia sapientia ab
omnibus mundi rebus peregrina est, ideo astutior Ulixes
dictus est. Denique ‖ Sirenas, id est delectationum in- 685
lecebras, et audiuit et uidit id est agnouit et iudicauit,
et tamen transiit. Nihilominus ideo et quia auditae sunt,
mortuae sunt; in sensu enim sapientis omnis affectus
85 emoritur; | ideo uolatiles, quia amantum mentes celeriter
permeant; inde gallinaceos pedes, quia libidinis affectus

---

9 *sqq. v.* myth. Vat. I 42 II 101 III 11, 9

---

1 me medenidean *G* 2 uox autem *G* tertia *G deterr* tertiam ω circen *E* 3 similem *HE* si *om MT* diceres? *Muncker v. l. 5* cironce *H* cyroncre *MG* chironcre *E* ciron-cr⟨in⟩e *He cf. l. 7* 4 phedra *G* 5 dicas *P* dicat ω *v. l.* 3 6 dyrce *T* index ω iudex *Muncker* 7 acre *E*

8 uluxis *R* 9 Dire *T* Syre^NE^ *M* 9 tractatoriae *TMHBern* enim *om R* 11 quaedam speciei uenustate quaedam etiam cantilena quaedam consuetudine *Bern* *deest e. c.:* uocis suauitate illiciente cantus dulcedine *Modius* (*ex libro scripto?*) ⟨quaedam⟩ *He* 12 lenocinante $MDGH_2$ 13 uluxis *R* obduratis *G* 14 olonexenos *H* 19 transit *PHM* 22 permaneant $TM_1$

omnia quae habet spargit; nam denique et Sirenes dictae sunt; sirene enim Grece trahere dicitur.

## IX. Fabula Scyllae.

Scyllam ferunt uirginem pulcherrimam, quam Glaucus Antedonis filius amauit; quem Circe Solis filia diligebat zelataque Scyllam fontem in quo lauari solita erat uenenis infecit. Ubi illa discendens ab inguine lupis canibusque
86 marinis inserta est. Scyl||la enim | Grece quasi exquina 686
dicta est, quod nos Latine confusio dicimus. Et quid confusio nisi libido est. Quam libidinem Glaucus amat; glaucus enim Grece luscitius dicitur, unde et glaucomata dicimus cecitatem. Ergo omnis qui luxuriam amat cecus est. Nam et Antedonis filius dictus est; Antedon enim Grece quasi antiidon quod nos Latine contrarium uidens dicimus; ergo lippitudo ex contraria uisione nascitur. Scylla uero in modum ponitur meretricis, quia omnis libidinosa canibus lupisque inguina sua necesse est misceat; iuste ergo lupis et canibus mixta, quia nescit sua alienigenis deuorationibus saturare secreta. Sed hanc Circe odisse dicitur. Circe ut ante dictum est manus diiudicatio uel operatio nuncupatur quasi cironcr⟨*in*⟩e. Laborem enim manuum et operationem libidinosa mulier non diligit, sicut
Terentius ait: 'Ab labore procli||ua ad libidinem accepit 687

---

4 *sqq. v.* myth. Vat. I 3 II 169 III 11, 8 20 *v.* p. 48, 2 sq. 23 Ter. Andr. 78 sq. (ut ingeniumst . . . procliue ad lubidinem, . . . dein quaestum)

---

1 syrenes *HG* 2 syren *H* sirene *ω* 3 Scillae *G* 4 scylleon *T* 5 cyrce *M* 6 in qua *H* 7 discendens *PRT* desc- *ω* 8 inserta est *om T* exquina *ω* *αἰσχύνη suprascr cod. Gothan. 55* *σκύλμα Muncker* 13 nam et] nam sti *R* nam eti *PT* nam etiam *Plasberg* 14 antidon *HG* anthedon *T* annidon $E_1$ 16 uero] enim *MHD* 17 carnibus *PR* 18 *cf. p. 61, 10* 19 alienigenis *P* alienis *ω* 21 chironcre *E* cironcre *ω* *em He* 23 ab] a *TDβ* procliue *T* -ae *M* accepit *RE* accipit *ω*

M. St.

condicionem, dehinc quaestu occipit'. Hanc etiam Ulixes innocuus transit, quia sapientia libidinem contemnit; unde et uxorem habere dicitur Penelopam castissimam, quod omnis castitas sapientiae coniungatur.

## X. Fabula Midae regis et Pactoli fluuii.

*87* Mida rex Apollinem petit ut quicquid tetigis|set aurum fieret; cumque promeruisset, munus in ultionem conuersus est, coepitque sui uoti effectu torqueri; nam quidquid tetigerat aurum statim efficiebatur. Erat ergo necessitas aurea locuplesque penuria; nam et cibus et potus rigens auri materia marmorabat. Itaque Apollinem petiit ut male desiderata conuerteret responso‖que accepto, ut tertio *688*
caput sub Pactoli fluminis undas subderet; quo facto Pactolus deinceps arenas aureas trahere dicitur. Sed euidenter poetae alluserunt argut⟨*e auarit*⟩iam, illa uidelicet causa, quod omnis appetitor auaritiae cum omnia pretio destinat fame moritur, quod et Mida rex erat; sed collecta pecuniarum suarum summa, ut Solicrates Cizicenus in libris historiae scribit, quod omni censu suo Mida rex Pactolum fluuium, qui in mari decurrere solitus erat, per innumerabiles meatus ad inrigandam prouinciam deriuauit
*88* suaque expensa aua|ritia fluuium fertilem reddidit. Mida enim Grece quasi medenidon, id est nihil sciens; auarus enim tantum stultus est, ut sibi prodesse non norit.

---

6 *sqq. v.* myth. Vat. I 88 II 117, 118 III 10, 8

---

1 quaestio $D_1$ quaesto $M_1$ quaestum $\beta D_2$ accipit *TDG* ulyxes *H* 4 iungatur *G* 5 fluuii *om G* 6 petiit $D\beta$ ut quid $PRTM_1$ ut quicquid $HDEM_2$ 7 conuersum $D\beta$ 8 quidquid *PR* quicquid *ω* 10 cibus *ω* cibos *Barth* 11 petit *RHM* 13 submergeret *G aliquid videtur excidisse* 15 argutiam *ω em He* 16 omnis *om E* 17 erat] fecerat $G_2$ *Barb* collectam — summam *M* 18 solicrates *ω cf. p. 170 M.* Sosicrates *edd* anticenus *E* tizenus *G* 20 mare $\beta P_2$ *om* $P_1$ 21 rigandam *E* 23 midenidon *T*

Digitized by Google

M. St.

## XI. Fabula Mineruae et Uulcani.

Uulcanus cum Ioui fulmen efficeret, ab Ioue pro-
missum ac||cepit ut quidquid uellet praesumeret. Ille Mi- 689
neruam in coniugium petiuit; Iuppiter imperauit ut Minerua
armis uirginitatem defendisset. Dumque cubiculum introi-
rent, certando Uulcanus semen in pauimentum iecit; unde
natus est Erictonius [cum draconteis pedibus]; eris enim
Grece certamen dicitur, ctonus uero terra nuncupatur.
Quem Minerua in cistam abscondidit draconeque custode
opposito duabus sororibus Aclauro et Pandorae commen-
dauit; qui primus currum repperit. Uulcanum dici uolue-
runt quasi furiae ignem, unde et Uulcanus dicitur uelut
uoluntatis calor; denique et Ioui fulgora facit, id est
89 furorem concitat. Ideo uero | eum Mineruae coniungi
uoluerunt, quod furor etiam sapientibus aliquando sub-
ripiat. Illa uero armis uirginitatem defendit, hoc est:
omnis sapientia integritatem morum suorum contra furiam
uirtute animi uindicat. Unde quidem Erictonius nascitur;
eris enim Grece certamen dicitur, tonos uero non solum
terra, quantum etiam inuidia dici potest, unde et Tales||
Milesius ait: ὁ φϑόνος δόξης κοσμικῆς φϑαρσία, id est: 690
inuidia mundanae gloriae consumptio. Et quidnam aliut
subripiens furor sapientiae generare poterat nisi certamen

---

2 *sqq. v.* myth. Vat. I 128 II 37 III 10, 3 schol. ad Germ. Arat. ed. Breysig p. 133 11 *sqq. v.* myth. Vat. II 40

---

1 Uulcani et Mineruae *HG* 3 quicquid *MHDβ* 5 introiret *E* 7 ericthonius *RDG* cum draconteis pedibus *solus Marc cf. mythogr. Vat. III 10, 3* 8 etonus *PRHT* ectonius *Bern* tonus *ME* tonos *DG* 9 abscondit *H* 10 apposito *Dβ* haclauro *D* hac laurę *E* et *om PR* 11 reperit *R* 13 uolitans calor *E* quasi βουλικαπνος *post* calor *edd* et *om R* fulgura *MDE* 14 et coniugio *H* 15 surrepat *G cf. Philolog. LVI p. 276* 18 ericthonius *R* erichtonius *D* 19 tonus *E* uero] enim *M* 20 thales *HD* 21 octonos dexes comiceps (cosmiceps *PMT*) tarsia *PRTM sim ω* id est *om T* 22 aliut *PR* aliud *ω* 23 surrepens *G cf. v. 15*



Digitized by Google

inuidiae. Quod quidem sapientia, id est Minerua abscondit in cista, id est in corde celat; omnis enim sapiens furorem suum in corde celat. Ergo Minerua draconem custodem adponit, id est perniciem; quem quidem duabus commendat uirginibus, id est Aclauro et Pandorae. Pandora enim uniuersale munus dicitur, Aclauro uero quasi aconleron, id est tristitiae obliuio. Sapiens enim dolorem suum aut benignitati commendat quae omnium munus est aut ob-
90 liuioni sicut de Cesare di|ctum est: 'Qui obliuisci nihil amplius soles quam iniurias'. Denique cum Erictonius adolesceret, quid inuenisse dicitur? Nihilominus circum, ubi inuidiae semper certamen est; unde et Uirgilius: ||
'Primus Erictonius currus et quattuor ausus iungere equos'. 691
Inspicite quantum ualeat cum sapientia iuncta castitas, cui flammarum non praeualuit deus.

## XII. Fabula Dionisii.

Iuppiter cum Semele concubuit, de qua natus est Liber pater; ad quam cum fulmine ueniens, crepuit; unde pater puerum tollens in femore suo misit, postea Maroni nutriendum dedit. Hic Indiam debellauit et inter deos deputatus est. Itaque cum Semele quattuor sorores appellatae sunt, Ino, Autonoe, Semele et A||gaue. Quid sibi 692
91 haec fabula mistice sentiat, exquiramus. Qua|ttuor sunt ebrietatis genera, id est prima uinolentia, secunda rerum obliuio, tertia libido, quarta insania; unde et nomina

---

9 Cic. pro Ligario 12, 35 (nihil soles nisi) 13 Verg. georg. III 113 sq. 17 *sqq. v.* myth. Vat. I 120 II 79 III 12

---

1 abscondidit *HE* 2 omnis — celat 3 *om H* feruorem $M_1$ 5 Aclauro] *ut p. 51, 10* 6 dicitur munus *DE* haglauro *H* aclauro *MG* haclauro *ω* haconleron *RDTE* hacconleron *P* 10 Erict.] *ut p. 51, 18* 11 currum *MDβ* 12 semper *om G* et *om G* 13 Erict.] *ut v. 10* 15 praeualuit *PE*$H_2$ ualuit *ω* 17 Iupiter *E* 19 tollens puerum *E* 20 debellabat *T* 21 quatuor *PRG* 22 agauue *T* 25 *sq.* et haec quattuor nomina *E*

Digitized by Google

haec quattuor Baccae acceperunt: Baccae dictae sunt quasi
uino baccantes, prima Ino — inos enim Grece uinum di-
cimus —, secunda Autonoe quasi autenunoe, id est se
ipsam non cognoscens, tertia Semele quasi somalion quod
nos Latine corpus solutum dicimus, unde et ipsa genuisse
Liberum patrem dicitur, id est de libidine nata ebrietas,
quarta Agaue quae ideo insaniae comparatur, quod caput
filii uiolenta absciderit. Liber ergo pater dictus est, quod
*92* uini passio liberas | mentes faciat; Indos uero uicisse,
quod haec gens ualde sit uino dedita duobus scilicet
modis, siue quod feruor solis eos fa||ciat potatores siue *693*
quod ibi sit Falernum uinum uel Meroitanum, cuius uini
tanta uirtus est, quo uix quilibet ebriosus sextarium mense
toto bibat; unde et Lucanus ait: 'Indomitum Meroe cogens
spumare Falernum'; aqua enim omnino domari non potest.
Maroni etiam Dionisius nutriendus datur quasi Meroni;
mero enim omnis nutritur uinolentia. Hic etiam tigribus
sedere dicitur, quod omnis uinolentia feritati semper in-
sistat siue etiam quod uino ecferatae mentes mulceantur;
unde et Lieus dicitur quasi lenitatem praestans. Iuuenis
uero ideo pingitur Dionisius, quia numquam ebrietas
matura || est; ideo etiam nudus, seu quod omnis ebriosus | *694*
*93* interuertendo nudus remaneat aut mentis suae secreta
ebriosus nudet.

---

14 Luc. Phars. X 163 17 *sqq. v.* myth. Vat. II 80

---

1 *bis* uaccae *PHTE* bachae *G* 2 uacantes $M_1$ *EBern* nocantes $P_1$ uaccantes $TH_1 P_2$ bacchantes $H_2$ bachantes *G* bacantes $M_2$ hino (*eraso* h *D*) *ω* hinos *ω* 3 autonunoe *G* 7 agaube $PRHT_2$ aga*ue *D* agauue $MT_1$ 8 ui*olenta (*eraso* n *ante* o) *R* uiolenter *G T* (*sed* er *in ras. a m. rec.*) uinolenta *Modius* abscidit *DG* abscider *PR* Liber pater ergo *D* 9 uini potio *Zink* 10 uino sit ualde *M* 13 quilibet $EGH_2$ libet *ω* licet *Barth* quamlibet *Muncker* 14 Meroe] uero *E* 15 enim mari omni modo non potest *H* omnino] omni modo *GBern* 17 hinc *M* tygribus *T* 19 ecferatae *PR* & fer- *M* effer- *ω* 20 lyeus *HT* 23 secretam *M*

Digitized by Google

M. St.

## XIII. Fabula de Cigno et Leda.

Quamuis in omnibus libidinis amor sit turpior, numquam tamen deterior erit quam cum se honorato miscuerit. Libido enim honestatis nouerca dum quod expediat nescit, semper est maiestati contraria. Qualis enim diuinitas qui quaesit quod esse uelit, ne quod fuerat esset. Iuppiter enim conuersus in cignum cum Leda concubuit; quae peperit ouum, unde nati sunt tres, Castor, Pollux et Elena. Sed haec fabula mistici saporem cerebri consipit; Iuppiter enim in modum potentiae ponitur, Leda uero dicta est quasi lide, quod nos Latine aut iniuria aut conuicium dicimus. Ergo o||mnis potentia iniuriae mixta *695*
speciem suae generositatis mutat. Ideo uero in cignum conuersus dicitur quod ferant fisiologi, quam maxime Melistus Euboicus, qui omnium fisiologorum sententias disputauit, huius generis auem ita conuiciis esse plenam, ut ipsa aue clamante reliquae aues taceant quae praesto fuerint; unde et olor dictus est quasi ab oligoria tractum,
*94* quod nos Latine iniuriam dici|mus. Ergo quotienscumque nobilitas in iniuriam uergit, conuiciis misceatur necesse est. Sed quid ex hac re concipitur, uideamus; nihilominus ouum, quia sicut in ouo omnis sordities, quae pur[g]ari potest in genere, continetur intrinsecus, ita etiam in effectus iniuriae omnis est inmunditia. Sed ex hoc ouo generantur tres, Castor, Pollux et Helena, nihilominus

---

7 *sqq. v.* myth. Vat. I 78 II 132

---

4 quid expediat *β* 6 qui quesit *α*[*D*] qui quo sit *DG* ping *in marg* (*signo supra* quo *posito*) *D* cuique sit *E* querit $M_2$ qui querit *Marc cf. p. 11, 11. 55, 15* 7 cygnum *R* 9 helena *HDE* mystici *T* concipit *G* i.concipit *supra* consipit *H* 11 iniuria *PR* -am *ω* 12 conuitium *RHME* iniuria *MH* 14 phisiologi *E* 15 melixtus heuboicus *G* 16 conuitiis *RTHE* 17 ipse $M_2$ 19 nos *om T* 20 in iniuria $P_2 R_2$ iniuria $P_1$ *TM* in iniurgiam *H* conuitiis *HE* 22 purgari *ω em He* 24 effectu *TED* (*sed* s *eraso*) *rectene?* iniuria *MDG* 25 elena *MG*

Digitized by Google

seminarium scandali et discordiae, sicut ante diximus, ‖ 'et geminum luctu concussit adultera mundum'. Castorem 696
uero et Pollucem quasi in modum perditionis ponunt, unde et in mari Castorum signa dixerunt quae periculum creant;
95 nam ob hanc rem etiam ambos | alternatim resurgere atque occidere dicunt, quod superbia nonnumquam iubet, nonnumquam occidat; unde et iperefania Grece superbia dicitur. Sed iperefania proprie superapparitio nuncupatur, quod sicut in istis duobus signis quae eorum fratrum uocabulo nuncupauerunt unus superappareat, alter [uero] mergat, sicut lucifer et antifer; nam Grece Pollux apo tu apollin, id est a perdendo et Castor quasi cacon steron, id est malum extremum. ‖

## XIV. Fabula Ixionis. 697

Qui plus quaerit esse quam licet, minus erit quam est. Ixion igitur coniugium Iunonis adfectatus, illa nubem ornauit in speciem suam, cum qua Ixion coiens Centauros genuit. Sicut nihil Latina gratiosius ueritate, ita nihil Greca falsitate ornatius. Denique Ixionem dici uoluerunt quasi Axionem; axioma enim Grece dignitas dicitur. Dea uero regnorum Iuno est, ut pridem diximus; ergo dignitas

---

2 Fragm. poet. Rom. ed. Baehrens p. 389, 2   15 *sqq. v.* myth. Vat. I 14 II 106. 107 III 4, 6   21 *v.* p. 38, 16

---

1 antea *T*   2 geminum luctum *ω* gemino luctu *Marc* concuisset *R* concuissit *suprascr* bu *P* concubuisset *MD* cubuisset *G*   mundo *HG*   geminum luctu — mundum sc. *Asiam et Europam Modius*   3 quasi *om G*   5 ab hanc rem *R* ab hac re *H*   ob *ex* ab *eff. vid. T*   6 iuuet *DG* (*rectene?*) uiuat *T* uiret $E_2$ iubet *ω* *deterr* surgat *Marc*   7 iperifania *DG* iperefanma *H* yperefania *T*   8 sed et *T*   ipfania *H* iperifania *DG*   9 sicut *om E*   10 altero (alter *M*) ergat (*in archetypo* alterūmergat?) *α*[*HD*] alter mergat *Bern* alter uergat *D* alter uero uergat (erigat *H*) *Hβ*   12 apolin *HG* APOTOI·POLLIN *E*   caconsterion *P* cacsteron *G* cacosteron *E* = κακὸν ὕστερον   16 adfectans *H* affectans *G* ē *suprascr T*   20 acsionem *α G* acsioma *α*[*H*] acsion *H* acsiona $GT_2$ (*erasa hasta ante* n)

Digitized by Google

M. St.

regnum adfectans nubem meretur, id est similitudinem regni; regnum enim illud est quod perenniter duraturum
96 est. At uero cui temporis fugitiua uis | inuidet pinnatisque celerrima raptibus, momentaneae felicitatis figuras potius quam ueritatem ostendenti, uentositatis inanem speciem praesumit. Denique *U*atinius augur dicere solitus || erat diuersarum urbium honores somnialiter peragi 698
et quia apotelesmatica fonascica omnia praebet et modulis tantum ui secreta latentibus uoluptatum reddit effectus; dicere enim possumus quod Dorius tonus aut Frigius Saturno coiens feras mulceat, si Ioui, aues oblectet. At uero si rei expositio quaeritur cur hoc fiat, uestigandae rationis captus inmoritur. Ideo ergo et ne eam respiciat prohibetur et dum uidet amittit; nam perfectissimus Pithagoras dum modulos numeris coaptaret simphoniarumque pondera terminibus arithmeticis per mela et rithmos uel
*133* modulos sequere|tur, effectus uero rationem reddere non potuit. ||

## XI. Fabula Finei. *734*

Fineus enim in modum auaritiae ponitur; a fenerando Fineus dictus est. Ideo cecus, quod omnis auaritia ceca sit quae sua non uidet; ideo ei Arpyiae cibos rapiunt, quia rapina ei aliquid de suo comedere non permittit. At uero quod eius prandia stercoribus fedant, ostendit fenerantium uitam rapinae inluuie esse sordidam. Sed has a conspectu eius Zetus et Calais fugant; Grece enim zeton calon inquirens bonum dicimus. Ideo uolatici quia omnis inquisitio boni numquam terrenis rebus miscetur; ideo Aquilonis uenti filii, quia bona inquisitio spiritalis est, non carnalis. Ergo ueniente bonitate omnis rapina fugatur.

---

13 *sqq. v.* myth. Vat. I 27 II 142 III 5, 6

---

1 fontastica *α* [*D*] fant- *D β em Plasberg* 2 alentibus *E* 3 fregius *PRI*$_1$ phrigius *ex* phreg- *T* 4 si ioui *mut. in* suaui *ID* suaui *Barb* suoui *Bern* sua ui? *He* 6 immoritur *E* ideo uero et *E* 7 phitagoras *Hβ* tagoras *L qui ab hac voce incipit* 8 simph- *PIE* symp- *H* symph- *ω* 9 terminis *ID* terminibus fructibus arihtmeticis *T* et mod. *RG* uel mod. *ω* 15 ei] et *T* arpyię *L* arpie *Iβ* [*L*] harpiye *T* arpiyae *ω* 16 quia rapina] ⟨id est⟩ rap. quia ⟨auaritia⟩? *He* et aliquid *PHLE* 18 ingluuie *βL* 20 dicitur *P* 22 boni? *He*

M. St.

## XII. Fabula Alphei et Arethusae.

Alfeus fluuius Aretusam nimpham amauit; quam cum sequeretur, in fontem conuersa est. Ille in mediis
134 undis ambulans non inmixtus in sinu eius | inmergitur; unde et aput inferos obliuionem animarum trahere dicitur. Alpheus enim Grece quasi aletiasfos, id est ueritatis lux, Arethusa uero quasi areteisa, id est nobilitas aequitatis. Ergo quid amare poterat ueritas nisi aequitatem, quid lux nisi nobilitatem. Ideo et in mari ambulans non miscetur, quia lucida ueritas omni malorum morum salsidine circumdata pollui aliqua commixtione non nouit. Sed tamen in sinu aequissimae potestatis omnis lux ueritatis delabitur; nam et descendens in infernum, id est in secreta conscientia, ueritatis lux malarum rerum semper
135 obliuionem inportat. |

---

2 *sqq. v.* myth. Vat. I 166 II 173

---

1 Alfei *E* Aretusae *IG* 2 Alfeus *PRT* Alph- ω aretusam *PRI* areth- ω nympham *THDE om GL* 4 sinum *Dβ* 5 aput *PRL* apud ω 6 Alfeus *RI* 7 aretheisa *DLE* arethisa *G* 9 et quid *Lβ* 10 salsedine *Hβ* falsidine *L* falsitudine *Neap* 12 sinum β[*L*] 13 dilabitur *Dβ*[*L*] 14 conscientiae *DβL* malorum *RHG* 15 inportat *om H* *Subscript. v. p. 82 et 110 om MTD*

# FABII PLANCIADIS FULGENTII

## V. C.

## EXPOSITIO VIRGILIANAE CONTINENTIAE SECUNDUM PHILOSOPHOS MORALIS



Digitized by Google

| | | |
|---|---|---|
| Palatinus 1578 | = *P* | α |
| Reginensis 1462 | = *R* | α |
| Reginensis 208 | = *I* | α |
| Palatinus 1579 | = *U* | α |
| Harleianus 2685 | = *H* | α |
| Gudianus 333 | = *D* | α |
| Reginensis 1567 | = *E* | β |
| Gudianus 331 | = *G* | β |
| Leidensis Vossianus 96 | = *L* | β |
| Omnes codices qui supra memorantur aut praeter eos qui nominatim afferuntur reliqui | = *ω* | |
| (Bernensis 427 | = *Bern*) | |
| (Barberinus XVI 76 | = *Barb*) | |
| (Deteriores | = *deterr*) | |

cf. p. 2

---

Fabii Planciadis Fulgentii v̄. c̄. expositio sermonum antiquorum cum testimoniis explicit feliciter, incipit expositio Virgilianae continentiae secundum philosofos moralis *PR* Fabuli Plancidiadis V̄C̄ mitologiarum lib̄ · III · explic̄ incipit expositio Virgilianae continentiae secundum philosophos moralis *H* Fabii Planciadis Fulgentii vr̄ · c̄l. mitologiarū liber tertius explicit feliciter incip̄ expositio Virgiliane c̄tinentiae moral. scd̄m phils *I* Fabii Planiiadis Fulgentii exposicio Virgiliane tinentiae scd̄ philosop̄ moralis *D* Incipit expositio Virgiliane filosofos moralis *U* — Finit dictum Fulgentii P · L (P · L · *om G*) in his fabulis (*inscriptio deest*) *LG* Fabii Plantiades Fulgentii viri clarissimi mitologiarum liber tertius explicit, incipit libellus Fabii Fulgentii de allegoria librorū Virgilii ad calcidiū grāmaticū *E* incipit phisica r̄o fulgentii p. sup. *Barb*

M. St.

137 Expetebat quidem, Leuitarum sanctissime, nostri tem- 737
poris qualitas grande silentium, ut non solum mens ex-
promptare desisset quod didicit, quantum etiam obliuionem
sui efficere debuit ‖ quia uiuit; sed quia nouo caritatis 738
138 dominatui fulcitur et in amoris praecepto | contemptus
numquam admittitur, ob hanc rem Uirgilianae continentiae
secreta phisica tetigi uitans illa quae plus periculi possent
praerogare quam laudis. Uae inquam nobis, aput quos
et nosse aliquid periculum est et habere. Ob quam rem
bucolicam georgicamque omisimus, in quibus tam misticae
interstinctae sunt rationes, quo nullius pene artis in isdem
libris interna Uirgilius praeterierit uiscera. Denique in
prima egloga, secunda et tertia phisice trium uitarum
reddidit continentiam; in quarta uaticinii artem adsumpsit;
in quinta pontificalia designauit; in sexta artem musicam
cum suis perfectissimis posuit numeris, in parte uero
eiusdem eglogae phisiologiam secundum Stoicos exposuit;
septima *b*otanicen dinamin tetigit; octaua apotelesmaticen

---

1 expectebat *P* expectabat *G* 2 expromtare *RU* 3 sedisset *H* descisset *deterr* exprōta redisisset *D* dedicit *R* dicit *I* 5 dominatus *Uβ* *cf.* *ἐρείδεσθαί τινι* quia noua caritas imperat, ea dominatus fulcitur *Barb* 7 fisica *β* phisice *deterr* uitans quā illa plus *H* possunt *deterr* 8 ue *Uβ* inquiunt *eff. videt. ex* inquā *D* in nobis *H* nobis est *deterr* aput *PRL* apud *ω* 10 et bucolicam *H* mystice *H* mysticae *EG* 11 hisdem *UEL* 12 uirgilii (uirgł *L* uirgiliñ *G*) p̄terit *β* uirgilii p̄terierint uiscera *Barb* 13 egloca *PRH* fisice *β* 17 fisiologiam *U* 18 ΠΟΤⲀΚΙϹЄn dinamin *RIUL* totakicendi namin *P* ΠΟΤⲀΚΙϹЄΝ ɴᴅɪɴᴀᴍɪɴ *H* α+οτανιcendi nam in *D* nota kinen dinamin *E* nota κιcen dinamin *G* *ποιητικήν ed. Genavens.* Uotanicen *in marg Scriver. em He* octaua — 84, 2 tetigit *om H*



Digitized by Google

musicorum et magicam designauit, in parte uero extrema 139 tetigit | e*u*fe*m*esin, quam etiam in nona egloga prosecutus est, in octaua quidem ubi dicit:

'Aspice, corripuit tremulis altaria flammis
sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse. Bonum sit.
Nescio quid certum est et Hilas in limine latrat', ||

in nona uero egloga ubi dicit: 'de caelo tactas memini 739 praedicere quercus', [et] iterum: 'lupi Moerim uidere priores'. Primus uero georgicorum est omnis astrologus et in parte postrema e*u*feme*t*icus, secundus phisiognomicus et medicinalis, tertius omnis aruspicinam continet, quam quidem et in sexto tetigit, dum dicit:

'Et summas carpens media inter cornua setas
ignibus inponit sacris libamina prima';

quartus uero ad plenissimam rationem est musicus cum sua apotelesmatice in fine carminis dicta.

Ergo doctrinam mediocritatem temporis excedentem omisimus, ne, dum quis laudem quaerit nominis, fragumen repperiat capitis. Esto ergo contentus, mi domine, leuiori fasciculo quem tibi Hesperidum florulentis decerpsimus hortulis; aurea enim mala si expetis, esto Euristeus alio fortiori, qui ut Alcides suam pro nihilo reputet uitam.

---

4 *sqq.* Verg. ecl. VIII 105 sqq. (6 certe) 7 Verg. ecl. I 17 8 Verg. ecl. IX 54 13 *sq.* Aen. VI 245 sq.

---

2 efenuesin *PU* effenuesion *G* efenuesion *ω* efeneusion *deterr* εὐφημισμόν *ed. Gen. em He* aegleca *RU* egleca *P* ecloga *I* 4 adspice *R* aspicite *L* 6 certe *IUG cf. p. 93, 6* 8 et iterum *Dβ* iterumque *I* merym *E* merim *LG* 10 efemuicus *αL* efemericus *E* effemericus *G* εὐφημικός *ed. Gen. em He* 11 omnem *Uβ* 13 summans *PRU* (*sed* ns *eras*) summa *E* suma *L* 16 apotelesmaticie *IU* 18 fragmen *D gloss* frgm̄tū (figm̄tū *L*) ł fragilitatē mentis *UL* 19 reppereat *RD* reperiat *G* estote *D* mi contentus dn̄e *β* 21 ortulis *GL* 22 ut laudes suam *deterr* nichilo *I*

Digitized by Google

M. St.

Poteris enim ex his tacite || multa colligere quae ad in- 740
140 stru|mentum tui proficiant desiderii. Ego uero Chrisippi ellebori rancidulo acrore postposito cum Musis aliquid blandius fabulabor.

Uos, Eliconiades, neque enim mihi sola uocanda est
Calliope, conferte gradum, date praemia menti.
Maius opus moueo; nec enim mihi sufficit una.
Currite, Pierides, uos enim mea ⟨*maxima cura,*⟩
Parrasias niueo conpellite pectine cordas.

Haec tam parua precatio credo quod Uirgilianis satisfecerit Musis. || Cede mihi nunc personam Mantuani uatis, 741
quo fugitiuos eius in lucem deducamus amfractus. Nam ecce ad me etiam ipse Ascrei fontis bractamento saturior aduenit, quales uatum imagines esse solent, dum adsumptis ad opus conficiendum tabulis stupida fronte arca-
141 num quiddam latranti intrinsecus tractatu submurmu|rant. Cui ego: Seponas quaeso caperatos optutus, Ausonum uatum clarissime, rancidamque altioris salsuram ingenii iocundioris quolibet mellis sapore dulciscas: nam non illa in tuis operibus quaerimus, in quibus aut Pitagoras modulos aut Eraclitus ignes aut Plato ideas aut Ermes

---

2 Ergo uero *H* crisippi *Hβ* Chrysippei *Barth* *gloss:* asperi ingenii acredine p̄tmisso *UE* 4 fabulor *EL* 8 uos enim meapa *PRD* uos enim meas *I* uos que mea maxima cura *Barb* et iuncto robore nobis *edd* nam? *He* mea summa uoluptas? *He* 9 parr$^{h}$asias *D* 12 anfractus *IHβ* 13 bractamento *gloss* subtili figm̄to *ULG* bracteamento *Muncker* 15 archanum *HL* arcǎnum *E* 16 quoddam *β* tractu *β* 17 seponas *suprascr* de *UL* caperratos *PIHU* creperatos *deterr* *adscr* asperos turpes (tractū ē a capro *add* *EL*) *Uβ* *in marg* limaces *I* optutus *PUEG* obt- *ω* ausonium *HL* ad somnū *U* 18 raucidamque *EL* 19 iucundioris *PIDG* dulcescas *Hβ* 20 pithagoras *HD* phitagoras *EL* 21 modulos *adscr* s. symphonię *UEL* hermes *I* ermas *U*

Digitized by Google

M. St.

astra aut Crisippus numeros aut endelecias Aristoteles *142* inuersat, nec illa quae aut Dar|danus in dinameris aut || Battiades in paredris aut Campester in catabolicis inferna- *742* libusque cecinerunt, sed tantum illa quaerimus leuia, quae mensualibus stipendiis grammatici distrahunt puerilibus auscultatibus. Tum ille contracto rugis multiplicibus supercilio: 'Putabam, inquit, uel te homuncule creperum aliquid desipere, in cuius cordis uecturam meas onerosiores exposuissem sarcinulas; at tu telluris glabro solidior adipatum quidpiam ruptuas. Cui ego: Serua ist*a* quaeso tuis Romanis, quibus haec nosse laudabile competit et inpune succedit; nobis uero erit maximum, si uel extremas tuas praestringere contingerit fimbrias. Ad haec ille: *143* 'Quate|nus, inquit, in his tibi discendis non adipata grassedo ingenii quam temporis formido periculosa reluctat, de nostro torrentis ingenii impetu breuiorem urnulam praelibabo, quae tibi crapulae plenitudine nausiam mouere non possit. Ergo uaciuas fac sedes tuarum aurium, quo mea commigrare possint eloquia'. Itaque compositus in dicendi modum erectis in iotam duobus digitis || tertium *743* pollicem comprimens ita uerbis exorsus est: 'In omnibus

---

1 chrisippus *IH* endelecias (*suprascr* h) *U* -letias *PD* -lechias *HL* -lichias *EG* *gloss* quasi endos lichias id est intima aetas anima scilicet *UE* 2 inuersatus *H* 5 mens. *adscr* tẽporib; *U* tẽporalib; *E* menstrualibus *Muncker* distrahunt *adscr* uenundant *UEL* 6 abscultatibus *PRUH* contractu *α*[*D*] cõturus *D* (*em m. rec.*) 7 inquit *IEL* inquid *ω* 8 onorosiores *Dβ* 9 *ad* glabro sol. *adscr:* asperitate durior *UL* *ad* adipat. *adscr:* tuccetosum *UGL* 10 quidpiam *PR* quippiam *ω* ruptuas *PRU* (*suprascr* c) ructuas *ω* ructuas quippiam *β* istic *α* istec *β* istuc *deterr* ista *He* 11 conpetit *U* 13 perstringere *RIEL* contingerit *PRU* contigerit *ω* 14 quatinus *β* inquit *IEL* inquid *ω* in his *om* *Iβ* (*suprascr* s. in *G*) grassedo *PRH* crass- *ω* 15 periculo *EL* ex periculo *G* periculumque *Barb* reluptat *PR* reluctat̃ *I* 17 nauseam *β*$I_2$ 18 uacuas *UDβ* 19 conpositus *RL* cõpositũ *P* *gloss ad* iotam: in rectitudinẽ ꝑpter theor⟨et *L*⟩icam (memoriã *U*) et (uel *U*) practicã uitã ꝑpter filargicã *UEL* 21 policem *PRH*

Digitized by Google

M St

nostris opusculis fisici ordinis argumenta induximus, quo per duodena librorum uolumina pleniorem humanae uitae monstrassem statum. Denique ideo talem dicendi exordium sumpsimus: ‘arma uirumque cano’, in armis uirtutem, in uiro sapientiam demonstrantes; omnis enim perfectio in uirtute constat corporis et sapientia ingenii’. Ad haec ego: Si me tuae orationis adserta non fallunt, uates claris-
144 sime, | ideo etiam diuina lex nostrum mundi redemptorem Christum uirtutem et sapientiam cecinit, quod perfectum hominis diuinitas adsumpsisse uideretur statum. Ad haec ille: ‘Uideris ipse quid te uera maiestas docuerit; nobis interim quid uisum sit edicamus. Et quamuis oportuerit secundum dialecticam disciplinam primum personam edicere sicque personae congruentia enarrare, quo prima poneretur substantia, deinde accidens substantiae, ut primum uirum, sic etiam arma edicere, uirtus enim in subiecto ||
est corpore: sed quia laudis est adsumpta materia, ante 744
meritum uiri quam ipsum uirum ediximus, quo sic ad personam ueniretur iam recognita meriti qualitate; solet quippe etiam in epistolis hoc ipsud communis obseruare loquacitas, quo primum ‘domino merito’, sic ponatur nominis uocitatio. Sed quo cognoscas me plenius laudis adsumpsisse materiam, uide quid in sequentibus dictum sit, et quod ‘fato profugus’ et ‘ui superum’, quo intenderemus fortunae fuisse culpam, non uirtutis debilitatem

---

4 Aen. I 1 8 Paulus ad Corinth I 1, 24 24 Aen. I 2. 4

---

1 phisici *I* 3 monstrassem’ *UL* monstrassemus *G deterr* stratum *R* ideo *om β* talem *PRIBern* tale *ω* exordium dicendi *E* 4 sumsimus *PR* 8 diuina *om R* 9 et dei sapientiam *G* 11 te] de (*pro* dei?) *L* maiestas uera *β* 14 congruentiam *Uβ* 15 accidentia *H* 16 dicere *HD* edicerē *U* dicerem *β* armedicere *R* 17 corpori *RIH* 18 eduximus *PRIH* 20 ipsud *PRBern* ipsum *ω* 21 domini meritum $U_2$ domino meritum *E* d̄ni meritum *GL deterr* 22 quo *om EL* ut *G* quod *HD* 24 et quo fato *Uβ* quo] qua *H* ui tenderemus *α* tenderemus *β* intenderemus *deterr*

Digitized by Google

M. St

ut fugiret et deos quam sapientiam esse culpabiles ut
pericula sustentaret, illam nihilominus Platonis antiquam
firmantes sententiam, ubi ait: *νοῦς ἀνθρώπινος θεός· οὗτος*
*ἐὰν ἀγαθός, θεὸς εὖ ἐρ⟨γαζό⟩μενος*, id est: sensus hominis
145 deus est; is si bonus | est, deus est propitius; || nam et 745
Carneades in libro Telesiaco ita ait: *πᾶσα τύχη αἴσθησιν*
*φρονίμοις κατοικεῖ*, id est: omnis fortuna in sensu habitat
sapientis. Nam identidem ideo uirtutem primum dici uolui-
mus et sic sapientiam, quod quamuis sapientia uirtutem
regat, tamen in uirtute animae sapientia floret. Defectus
enim uirtutis egritudo est sapientiae hoc uidelicet pacto,
quia quidquid sapientiae consultatio agendum inuenerit,
si ad subrogandum posse uirtus deficiat, curtata in suis
146 effectibus sapientiae plenitudo torpescit. Nam ut ab ar|mis
inciperem, — sciui enim quod uiri uocabulum significatio
sexus sit, non honoris; si uiri primum nomen ponerem:
multi uiri || sunt, non tamen omnes laudandi; ergo uir- 746
tutem primum posui, pro qua uirum laudandum adsumpsi
Homerum uidelicet secutus qui ait: *μῆνιν ἄειδε θεὰ*

---

3 *sq. v.* Hermes Trismeg. ed. Parthey c. 12, 1 sq.: *οὗτος δὲ ὁ νοῦς ἐν μὲν ἀνθρώποις θεός ἐστι ..... καὶ γὰρ ὁ ἀγαθὸς δαίμων ......; ὁ γὰρ νοῦς ψυχῶν ἐστιν εὐεργέτης ἀνθρώπων.*
19 Hom. Il. I 1

---

1 fugiret *PRU* fugeret *ω* *supra* deos *adscr* magis *UEG* 2 substentaret *R* *gloss* frequenter sustineret *Uβ* 3 nus (nous *EL* naus *G*) antropinosteos (antropiteos *U*) utose anagatosteos (anaget tosteos *Dβ*) euuermenos *ω* *em He* *εὐήμερος A. Mai* *εὐμενής ed Gen* 6 telesiacogita ait *EL* pasce tyce est iste (aste *H* ille *D*) simfroniuns (simfroniuius *PIU* simproniuus *H* simfroniuus *D*) catici *α* pasce tice iste simphronuuus (simphrono nu uus *G*) catici *β* 12 quidquid *PR* quicquid *ω* consultio *H* inuenit *H* inueniret (*mut* -rit) *G* 13 uirtutis *L* uirtus *suprascr* ti *U* 14 affectibus *Hβ* aspectibus *deterr* Non aut ab armis *H* 16 honoris. Quid igitur primum nisi arma, deinde uirum ponerem? Multi enim uiri *edd* nomen primum pon. *H* nomen pon. prim. *Pβ* 17 multi sunt uiri *I* 18 primum uirtutem *β* 19 omerū *EG* exsecutus *H* et secutus (*deleto* et) *IU* et secutus *PR* menin aide tea peleia (poleia *PD*) de acileos (cileos *H*) *α* memina ide tea poleia de acileos *β*

Digitized by Google

Πηληιάδεω Ἀχιλῆος, ante iracundiam uiri quam ipsum uirum significans. Nam et ipse sub figura Mineruae uirtutem monstrans dicit uerticem Acilli detentum'. Cui ego: Nec in hoc iusta te fefellit oratio: diuina enim sapientia uestris supereminentior sensibus tale sumpsit principium dicens: 'Beatus, inqui*t*, uir qui non abiit in consilio impiorum'. Denique ut bonae uitae perfectissimus institutor profeta prouocans ad bene uiuendi certamen ante praemium beatitudinis quam sudorem certaminis posuit. Tum ille: 'Gaudeo, inqu*it*, mi omuncule, his subrogatis sententiis, quia etsi non nobis de consultatione bonae uitae ueritas obtigit, tamen ceca quadam *147* felicitate etiam stultis mentibus suas scintillas | sparsit. Ergo ut dicere coeperamus, uirtus substantia est, sapientia uero quae substantiam regit, sicut et Sallustius ait: 'nam nostra omnis uis in animo et corpore sita est'. Nam ut tuis saturantius aliquid adhuc satisfaciamus ingeniis, trifarius in uita humana ‖ gradus est, primum habere, *747* deinde regere quod habeas, tertium uero ornare quod regis. Ergo tres gradus istos in uno uersu nostro considera positos, id est: 'arma', 'uirum' et 'primus': 'arma', id est uirtus, pertinet ad substantiam corporalem, 'uirum', id est sapientia, pertinet ad substantiam sensualem, 'primus' uero, id est princeps, pertinet ad substantiam censualem, quo sit ordo huiusmodi: habere, regere, ornare. Ergo

---

3 *cf.* Hom. Il. I 197  6 Psalm. 1, 1  15 Sall. de coniur. Cat. 1, 2 (sed nostra)

---

3 uertice *deterr*  achilli *HβI*$_2$ acillae *U* hac illi *D* achillis *Bern* achillem *deterr*  5 uestris *om GL* uiri *E* (*in marg vir doctus eff.:* nostris)  6 inquid *α*[*I*] *om Iβ*  habiit *PRH* habit *G* habuit *D*  8 profeta *PR* ꝑfuta (*em m. al.*) *D* propheta *ω*  9 beatitudinis *Bern deterr* uastitudinis *ω suprascr* beatitudinis *UEG*  10 inquam *ω* inquit *edd* mi *om Dβ* homuncule *IDβ*  14 uirtus] uir *Uβ* substantia ē uirtus *D*  15 qui *R* sallustius *RI* salustius *ω*  16 n̄ri *EL*  17 faciamus satis *EL*  24 cens.] sensualem *HUE* ornantem *suprascr E*

Digitized by Google

sub figuralitatem historiae plenum hominis monstrauimus statum, ut sit prima natura, secunda doctrina, tertia felicitas. Hos ergo gradus uiuaciter intuere: quo sit ut supra diximus prima uirtus animi naturaliter data quae proficiat — neque enim eruditur nisi quod erudibile nascitur —, secunda doctrina quae naturam ornat cum proficit, ut est aurum; est enim natura in auro productionis et decoris, sed ad perfectionem malleo proficit excudentis. Ita et ingeni*um* natum est prouectibile; proficit quia natum fuit; accedit felicitas ut prode sit quod proficit. Ergo et infantibus quibus haec nostra materia traditur isti sunt ordines consequendi, quia omne honestum docibile nascitur, eruditur ne naturae uacet commoditas, ornatur etiam ne donum doctrinae inane sit; unde et Plato trifarium humanae uitae instruens ordinem ait: 'Omne bonum aut nascitur aut eruditur aut cogitur'; nascitur quidem ex
*148* natura, eruditur ex doctrina, cogi|tur ex utilitate. Omisso ergo antilogii circuitu coepti operis adgrediamur exordium. Sed ut sciam me non arcaicis expromtare fabulam auribus, primi nostri libri continentiam narra; tunc demum ||
haec tibi, si uisum fuerit, reserabimus'. Cui ego: Si me *748*
scolarum praeteritarum non fallit memoria, primum Iuno Eolum petit, quo naufragium Troianis inportet. Dehinc

---

15 Tertull. de pud. 1

---

1 figuralitate *IHβ* 3 intueri *PRI* 8 escudentis *PRIU* 9 ingenio *ω* ingenium: (*sic*) *aut* in ingenio *Muncker* nectum est *IH* 10 prode sit *PRI* prosit *ω* proinde sit *deterr* quo *H* 11 in infantibus *PE* 12 docile *G deterr* 13 erudit *G* uaccet *RU* uacet *P* ornat *αL* 14 sit inane *IE* 17 sutilitate *PR* subtilitate *IDβ* 18 antelogii *IH* antilogo *Uβ* *suprascr* contrario *UEL* 19 archaicis (*suprascr* asininis) *UEG* arcadicis *edd* expromptare *IHDβ*[*L*] 20 narro *HE* 22 scolarium *PRHD* memoria obliuio *H* primo *H* 23 Eulum *PRHD* qua *H* Troianus *R* Troianos $D_1$

M. St.

cum septem nauibus euadit. Libico in litore accipitur. Matrem uidit nec agnoscit. Nube caua cum Acate contegitur. Dehinc picturis animum aduocat. Posthaec cena acceptus citharae sono mulcetur. Habes breuiter decursam primi libri continentiam. Quid de his senseris, audire desidero. Tum ille: 'Naufragium posuimus in modum periculosae natiuitatis, in qua et maternum est pariendi dispendium uel infantum nascendi periculum. In qua necessitate uniuersaliter humanum uoluitur genus. Nam ut euidentius hoc intellegas, a Iunone, quae dea partus est, hoc naufragium generatur. Nam et Eolum inmittit; Eolus enim Grece quasi eonolus, id est saeculi interitus; unde et Homerus ait: *οὐλομένη μετὰ μυρία Ἀχαιοῖς ἄλγε᾽ ἔδωκεν.* ||
Nam uide quid etiam ipso Eolo promittatur. Deiopea in *749*
coniugium; demos enim Grece puplicum dicitur, iopa uero
*149* oculi uel uisio; ergo nascentibus in mundo | seculare est periculum; cui quidem perfectioni*s* puplica a dea partus promittitur uisio. Nam et cum septem nauibus euadit, quo ostendatur septenum arithmeticum numerum armonicum esse partui. Cuius formulam, si uidetur, breuiter explanabo'. Cui ego: Saturanter haec [inquam] in libro

13 Hom. Il. I 2 (*οὐλομένην ἣ μυρία . . . ἔθηκεν*)

1 libico *β* cibo *PRD* cibus *H* ciuo *corr* curuo *I* $^{li}$bico (*al. m. em*) *U* littore *PID* 2 uidet *R* acatae *R* achate *IUDβ* nube cauatum aquata *H* 3 aduocant *H* aduocat$^{9}$ *D* 4 cytharae *HUE* sonum *RD* sonu *U* 5 desiderio audire *G* 10 haec *P* haec *E* intelligas *UE* 11 elū (*suprascr* u) *P* ulū (*em m. al.*) *D* oleū *G* elū *L* deulū (*pro* et Eolum) *H* eulus enim *U* Eolū enī *L* 13 Ulomene (uolumine *H* olemene *U* uolomene *IDβ*) meta (metu [u *ex* a] *H*) miria aceis alge (alege *β*) edocen (edocē *D* adocen *L*) *ω* 14 ipsi *β* Eulo *PRHD* Deiopeae coniugium *β* 15 puplicum $PR_1$ publicum *ω* iopa *EG* cipa *ω* 17 perfectioni *ω* -nis *He* puplica *PR* pubplica *D* publica *ω* 19 secundum arithmeticam num. sept. *edd* *gloss supra* armon.: coniunctū *UEL* 20 formulum *PR* 21 explanato *PHU* hec inquā *suprascr U* haec *om L* huec *R* hi et *D* hu & *PU* hic et *H* *cf. p. 68, 21* inquam *om α*

Digitized by Google

M. St.

fisiologo quem nuper edidimus de medicinalibus causis et de septenario et de nouenario numero omnem arithmeticae artis digessimus rationem, eritque perissologiae nota si, quae in uno libro descripsimus, etiam aliis inseramus. Ergo qui ista discere cupit, nostrum fisiologicum perlegat librum. Nunc uero a te quae restant expeto. Tum ille: 'Ut dicere coeperam, mox ut terram tangit, matrem uidet nec agnoscit, plenam designantes infantiam quia a partu recentibus matrem uidere datur, non tamen statim cognoscere meritum contribuitur. Dehinc nube conseptus socios cognoscit, adloqui non potest; uide quam euidens cre- 750
pundiorum mos, dum adest inspiciendi potestas et deest loquendi facultas. Huic quoque Acaten ab initio coniungimus et post naufragium armigerum et in nube aeque conclusum; Acates enim Grece quasi aconetos, id est tristitiae consuetudo. Ab infantia enim erumnis coniuncta est humana natura, sicut Euripides in tragoedia Figeniae ait:

*οὐκ ἔστιν οὐδὲν δεινὸν ὧδ' εἰπεῖν ἔπος*
*οὐδὲ πάθος οὐδὲ συμφορὰ θεήλατος*
*ἧς οὐκ ἂν ἄραιτ' ἄχθος ἀνθρώπου φύσις,* |

---

19 *sqq.* Eur. Or. 1—3

---

2 ac de nouenario *G* 3 perisologiae *RHU* perisolociae *P* *gloss* supfluitatis *UE* 4 discripsimus *PR* 5 cupit discere *D* fisiologū *I* phisiologicū *EL* phisiologū *G* 6 quae restant a te *β* expecto *β* 8 designan‿s *E* a *om* *Dβ* 10 cū tribuitur *Dβ* (ł con *suprascr* *E*) cumseptus *R* conceptus *P* circumseptus *Dβ* 11 *gloss ad* crepund.: ꝑ ipsis pueris *UEL* 13 achatē *D* *om* *U* achaten *β* 15 acates (h *suprascr*) *U* achates *Dβ* Greci *R* aconetes *D* amnetos *U* (*in marg.* ł contos) acontos *L* achontos *EG* 17 tragoaedia *PRU* figenae *R* fieneę *D* efigeniae *β* *v. p. 106, 6* 19 uc (huc *HDβ*) est inudendi (innudendi *H* inutendi *Dβ*) nonodi (nonodip *D*) pinepos *ω* 20 ude (utide *D* uide *E*) patos ude simfor ate (ude — ate *om* *H*) elatos (for — tactos 21 *om* *β*) *ω* 21 es uca (ucca *D*) nar retactos antropofisis (antropodfisis *I* antropoofisis *HU* atropofisis *Dβ*) *ω*

Digitized by Google

150 id est: non est aliquid pessimum neque accedentia extrema quod non pertulerit natura humana. Arma uero tristitiae non sunt nisi lacrimae, quibus se ipsa et uindicat et commendat infantia; denique uix nobis quino mense ridere permittitur, dum lacrimae in ipsa uitae ianua profluant. At uero animum pictura inani quod pascit, certum puerile studium refert; infantia enim uidere nouit, sentire uero quid uideat nescit, sicut in picturis est uisibilitas, deest sensibilitas. Dehinc ad epulas accipitur et citharae sono mulcetur; paruulorum quippe mos est nihil amplius quaerere quam delectari sono et saturari cibo. Nam denique nomen
151 eiusdem citharedantis considera; Iopas e|nim Grece quasi ||
siopas dictus est, id est taciturnitas puerilis. Infantia 751
enim blandiloquiis semper nutricum ⟨*et*⟩ cantibus oblectatur; unde et crinitum eum posuimus uertici muliebri simillimum. Tunc etiam Cupidinem uidet; cupere enim ac desiderare aliquid semper accedit infantiae. Nam denique ideo et talem uersum in secundo libro post citharae sonum posuimus: ‘temperet a lacrimis’.

In secundo uero libro et tertio auocatur fabulis quibus puerilis consueta est auocari garrulitas. Nam in fine tertii libri Ciclopas uidet Achemenide monstrante; acos enim Grece tristitia dicitur, ciclos Grece circulus uocatur. Ergo pueritia, quoniam pes puer Grece dicitur, iam timore nutri-

---

19 Aen. II 8

---

1 aliquid *Pβ* aliquod *ω* nec *DE* accidentia *HDβ* 2 humana natura *β* 8 quod *PID* 9 cythare *HEG* 10 est *om H* non amplius *β* 11 saturali *PR* 12 citharaedantis *R* cytharedantis *H* citharezantiụ$^{s}$ *D* citharizantis (cyth- *G*) *β* 13 id est *om PRI* 14 blandiloquis *β* nutriri cum *Bern* ⟨et⟩ *He; an* cantibus *glossa?* 17 accidit *Dβ* 18 libro — uero 20 *om H* cythare *E* 20 aduocatur *β* *cf. p. 91, 3* 21 aduocari *HEG* aduocare *L* 22 uidit *IDβ* akos *R* achos *IE* 23 ciclos enim grece *DHEL* 24 quō *PRU* q̅m̅ *IEL* pis *EG* pes enim *deterr*

Digitized by Google

torum feriata tristitiam cogitandi nescit et uaginam puerilem exercit. Ob hanc rem etiam Ciclops unum oculum in fronte habere dicitur, quia nec plenum nec rationalem uisum puerilis uagina portat et omnis aetas puerilis in superbia erigatur ut Ciclops. Ideo in capite oculum, quod nihil nisi superbum et uideat et sentiat. Quem sapientissimus Ulixes extinguit, id est: ighe ingenii uana gloria cecatur. Ideo eum et Poliphemum diximus quasi apolunta femen, quod nos Latine perdentem famam dicimus. Ergo iuuentutis elationem et famae perditionem aetatis cecitas sequitur. Nam ut ordo se euidenti manifestatione delucidet, tunc patrem sepelit. Adcrescens enim iuuenalis ae||tas paterni uigoris respuit pondera. Denique Dre- *752*
panos portus sepelit — Drepanos enim quasi drimipedos, drimos enim acer dicitur, pes uero puer uocatur —, quod
*152* pue|rilis acerbitas paternam respuat disciplinam. Feriatus ergo animus a paterno iudicio in quarto libro et uenatu progreditur et amore torretur, et tempestate ac nubilo, uelut in mentis conturbatione, coactus adulterium perficit. In quo diu commoratus Mercurio instigante libidinis suae male praesumptum amorem relinquit; Mercurius enim deus ponitur ingenii; ergo ingenio instigante aetas deserit amoris confinia. Qui quidem amor contemptus emoritur et in cineres exustus emigrat; dum enim de corde puerili auctoritate ingenii ⟨*libido*⟩ expellitur, sepulta in obli-

1 uaginem *EG* uagine *L* (*suprascr* uaginacionē) *gloss* uagationē *U* *v. Arch. f. lat. Lex. XI 74* 2 exercit *PR*$D_1$ -cet *ω* etiam *om* *E* 5 superbiam *Dβ* superuacua *H* erigitur *HDβ*$I_2$ 6 superbiam uideat *D* 7 ingeniū *D* 8 ideo enī et *E* philosophenū *D* apollunta *β* 10 in iuuentutis *E* 12 delucidet *PRH*$U_1$ dil- *ω* iuuenilis *RDβ*$U_2$ 13 rigoris? *He* depanos *PRU* 14 pontus *HD* (portus *m. rec.*) portu *β* sepeliuit *G* sepeliit *Bern* *gloss* s. patrem *GL* sep. *delendum He* 15 pis *E* 17 uenatum *HDβ* 19 in *om* *deterr* 21 ad morem *R* morem *D* relinquid *PRHU* p̄ sūp eiā in mortē relinquit *G* 23 contemtus *R* ạmoritur *D* moritur *G* 24 de corde *vel* decor de *α* (dedecus *suprascr U*) decor *L* decus *G* dedecus *E* puerile *EG* 25 ⟨libido⟩ *He* excellitur *E* sepultus *deterr*

Digitized by Google

M. St.

uionis cinere fauillescit. In quinto uero paternae memoriae contemplatione adtractus ludis iuuenalibus exercetur. Et quidnam aliut est nisi ut iam prudentior aetas paternae memoriae exempla secuta liberalibus corpus exerceat causis. Nam uide quia et pugillationem exercent, id est: uirtutis
153 artem Entellus et Dares peragunt; entellin | enim Grece imperare dicimus, derin cedere;, quod et magistri in disciplinis faciunt. Tunc etiam et naues ardescunt, id est instrumenta periculosa, quibus aetas tempestiuis iactationum cursibus flagitatur et uelut procellis periculorum cottidie quatitur. Igne ingenii superexcellente haec omnia consumuntur et scientia astutiae coa||lescente in fauillam 753
obliuionis sopita commigrant. Sed hoc incendium Beroe efficit quasi ueritatis ordo. Ad uero in sexto ad templum Apollinis adueniens ad inferos discendit; Apollinem deum studii dicimus, ideo et Musis additum; ergo postposito lubricae aetatis naufragio et Palinuro omisso — Palinurus enim quasi planonorus, id est errabunda uisio, unde et in quarto libro de aspectu libidinis ita posuimus: 'totumque pererrat luminibus tacitis', nam et in bucolica: 'errabunda bouis uestigia' — ergo omissis his rebus ad templum Apollinis, id est ad doctrinam studii, peruenitur; ibique de futurae uitae consultatur ordinibus et ad in-

---

19 Aen. IV 363 sq. 20 Verg. ecl. VI 58

---

1 fauellescit *PR* $U_1$ 2 iuuenilibus *H* $D_1$ $U_2$ 3 aliut *RL* aliud *ω* 4 exerceant *H* 5 uirtus *ED* (*em m. rec.*) 6 entillin *α*[*R*] 7 darin *EG* $U_2$ credere *D* disciplinā *D* faciunt in disciplina *β* 9 *ad* tempestiuis *gloss* a tempestate *UL* *v. Archiv f. lat. Lexicogr. XI 76* 10 flagitatus *I* flatigatur *H* agitatur *UL deterr* fatigatur *edd v. ibid.* 11 cotidie *RIHβ*[*E*] quotidie *E* 12 scientiae astutia *β* coalescentem *H* 14 ad *PRH* at *ω* in septo *PR* $I_1$ in septimo *HU* 15 discendit *PR* desc- *ω* 17 amisso *Pβ* 18 aplanonorus *D* palanonior$^9$ *EG* palān oros *L* 19 in *om D* 20 in *om D* bucolico *IDEL* cubiculo *G* 21 missis *H* his *om D* 23 consultantur *H*

Digitized by Google

M. St.

feros discensus inquiritur, id est: dum quis futura considerat, tunc sapientiae obscura secretaque misteria penetrat. Sepeliat ante et Misenum necesse est; misio enim Grece *orreo* dicitur, enos uero laus uocatur. Ergo nisi uanae laudis pompam obrueris, numquam secreta sapientiae penetrabis; uanae enim laudis appetitus numquam ueritatem inquirit, sed falsa in se adulanter ingesta uelut propria reputat. Denique etiam cum Tritone bucino atque conca certatur. Uides enim quam fixa proprietas; uanae enim laudis tumor uentosa uoce turgescit, quem quidem Triton interimit quasi tetri*m*menon quod nos Latine con-
*154* tritum dicimus; omnis ergo con|tritio omnem uanam laudem extinguit. Ideo et Tritona dicta est dea sapientiae; omnis enim contritio sapientem facit'. Cui ego: Certior ego hanc tuam comprobo do||ctor sententiam; nam et nostra *754*
salutaris diuinaque praeceptio cor contritum et humiliatum Deum non dispicere praedicat. Quae uere certa manifestaque est sapientia. Ad haec ille: 'Ut certius tibi planiusque liquescat quod dictum est, Carineum posuimus eius corpus igne cremasse; carin enim Grece gratiam dicimus, eon uero seculum nuncupamus. Gratia ergo saecularis uanae gloriae necesse est sepeliat cineres. Sed tamen non antea discitur cognitio secretorum, nisi quis ramum decerpserit aureum, id est doctrinae atque litterarum

---

16 Psalm. 50, 19

---

1 discensus *PRD* desc- *ω* 2 mysteria *IHDE* ministeria *G* 3 Sed sepeliat ante Misenum *edd* 4 obruo *ω* orreo *He coll. Virg. cont. p. 106*, *5* 5 orrueris? *He* 8 bucione (*em m. rec.*) *D* bucina $I_2$ *β* 10 quam *RIHU* 11 tetrinmenon *α*[*D*] tetrimenon *D* tetrinenon *EL* detrinenon *G* nos *om L* 12 omnem — contritio 14 *om D* 13 tritona *PRU* (*cf.* Gorgona) tritonia *ω* dea est sapientiae dicta *β* 14 cui ergo: *L* ***secundum*** ego *om Uβ* 17 dispicere *PRU* desp- *ω* uera *D* 19 quod dictum est *om G* corineum *EL* 20 igni *IHU* curin *β* 21 nuncupatum *D* 22 si tamen *L* 23 ante *D* 24 id est — ramum *p.* 97, 1 *om et ante* facundiae *p.* 97, 6 *interposuit D* id est — studium 97, 1 *om L*

Digitized by Google

M. St.

discatur studium. Ramum enim aureum pro scientia
posuimus memores quia et mater mea ramum se som-
niat genuisse et Apollo cum ramo depingitur; nam ideo
et ramus dictus est apo tes rapsodias, id est a scriptura,
sicut Dionisius in Grecis articulationibus memorat. At
uero aureum quod diximus, claritatem facundiae designare
uoluimus memores Platonis sententiam, cuius hereditatem
Diogenes Cinicus inuadens nihil ibi plus ⟨*nisi*⟩ auream
155 linguam inuenit, ut Tiberianus in libro | de ⟨*deo*⟩ Socratis
memorat. Nam et nos in bucolicis ideo mala aurea decem
posuimus, scilicet decem eglogarum politam facundiam; ||
nam et Hercules aurea mala de horto Hesperidum tollit; 755
quattuor enim Esperides dictae sunt, id est Egle, Esper,
Medusa et Aretusa, quas nos Latine studium, intellectus,
memoria et facundia dicimus, quod primum sit studere,
secundum intellegere, tertium memorari quod intellegis,
inde ornare dicendo quod terminas. Hinc ergo ornatum
aureum studii uirtus rapit'. Cui ego: Uerum, inquam,
dicis, Maro doctissime; nuper enim me diuinae storiae
memoria tetigit, quae ait ex anathemate subreptam esse
linguam auream et dextraria pura, nihilominus ex gentili
facundia fugatum eloquium. Attamen ergo quae restant

---

2 *cf.* Donati uita Verg. (Sueton. ed. Reifferscheid) p. 55 9 *v.* Poet. Lat. min. ed. Baehrens III p. 269 20 *cf.* Ios. 7, 21

---

1 discat *EG* aureum enim ramum *β* 2 somniauit *EL* 3 Appollo *R* 4 rabdos? *He* apo tes rapeodias *R* apo tes rapeodias *PIDU* apotes rapere eodias *H* apotes rapere odias *β* ῥαψῳδίας *edd* ab scriptura *RHU* 5 artilationibus *RI et U* (*suprascr* cu) 7 sententia *HI*$_1$ sententiae *Uβ I*$_2$ 8 nisi *add deterr cf. de aet. m. p. 1 H.* aurea lingua *IEL* 9 de *om G* ⟨deo⟩ *He* socrate *EL* socrate *ex* socratis *I* socrates (*m. rec. exp.*) *D* 10 decem mala aurea *EG* 12 nam et *om G* 13 quatuor *RUDG* quattuor — Aretusa *om E* esperides *PRU* hesp- *ω* eglo *DL* 14 medusaretusa *L* eretusa *α*[*H*] eredusa *G* intellectum memoriam facundiam *deterr* 17 ornari *G* quod tenemus *deterr* 18 inquid *HL om G* 19 storiae *PRU* hist- *ω* 21 et] ut *R* dextralia *EL* 22 fucatum *IDEL* furatum *deterr*



Digitized by Google

M. St.

eloquere. Tunc ille: ‘Ergo ut antea diximus ramum
aureum, id est doctrinam adeptus inferos ingreditur et
secreta scientiae perscrutatur. Sed in uestibulo inferorum
luctus, morbos, bella, discordiam, senectutem atque ege-
*156* statem uidet. Quando er|go omnia in animo aut corde
uiri considerantur nisi percepto doctrinae studio et altiori
scientia penetrata caligine; tunc enim agnoscitur et inertis
somnii uentosa delusio et senectutis propinquior ad mortem
uicinia et bellum, auaritiae seminarium, et ‖ morbus, in- *756*
digestionis et inmodestiae soboles, et scandala, ebrietatis
germina, et famem, pigritiae et torporis uernaculam. Ergo
discendit ad inferos atque illic et poenas malorum et
bonorum retributiones et amantum considerans tristes
errores oculatus inspicit testis. Denique nauta Carone
deportante transit Acherontem. Ideo et hic fluuius uelut
aestus habet ebullientes iuuenilium actuum; ideo et ceno-
sus, quia non habent iuuenes digesta liquidaque consilia;
Acheron enim Grece sine tempus dicitur, Caron uero quasi
c*e*ron, id est tempus, unde et Polidegmonis filius dicitur;
Polidegmon enim Grece multae scientiae dicitur. Ergo
dum ad tempus multae scientiae quis peruenerit, in tem-
porales gurgitum cenositates morumque feculentias transit.
Deinde Tricerberum mellitis resopit offulis; Tricerberi enim
fabulam iam superius exposuimus in modum iurgii foren-

---

24 *cf. p.* 20, 10

---

3 scrutatur *D* 4 discordia *GL* 5 in corde *EL* in animo aut in animo considerantur *H* 6 uiri *om G* percepta — studia *α*[*D*]*L* studia (*m. rec. em*) *D* doctrina *H* altioris *RHE*$_2$ 7 scientiae *HE*$_2$ 9 indigetionis *PRI*$_1$*DG* indigetitionis *U* indigecionis *L* 10 subules *D*$_1$*L* 11 fames — uernacula *UDEL* (*linea supra* la *erasa*) *videtur constructionem mutasse* 12 discendit *PRG* desc- *ω* 14 oculatos *U* occulatos (*em m. rec.*) *D* nauta a carone te deportata *L* 16 iuuenilium ebullientes *I* et *om G* 18 tempus (*suprascr al. m.* ore) *I* uero *om EL* 19 ceron *He* corun *PRH* coron *IL* corū *D* eorun *em* cronon *U* cronon *EG* *καιρόν Jungmann* 21 peruenet *R* puerit *D* 22 gurgitis *EL* *ad* transit *gloss* superat *UE* 23 resopitū fabulis *E*

Digitized by Google

M. St.

157 sisque litigii positam; unde et Petronius | in Euscion ait: 'Cerberus forensis erat causidicus'. Ergo tunc iurgii calomnia discitur et uenalis lingua in alienis negotiis exercetur, dum studii doctrina proficerit, sicut in aduocatis nunc usque conspicitur. Sed melle sapientiae scandali dulcoratus resipiet rancor. Deinde in secretis considerationibus admissus uirorum fortium contemplatur imagines, id est uirtutis insignia monimentaque considerat. Ibi ‖ etiam 757
et Deiphobi inspicit poenam; Deiphobus enim Grece aut quasi dimofobus aut uelut demofobus, id est aut terroris timor aut puplicus timor. Ergo qualislibet timor sit, iuste amputatis et manibus et oculis et auribus pingitur, illa uidelicet ratione quod omnis timor nec quod uideat sentit nec quod audiat scit nec quod gerat sine manibus nouit. Denique et in somnis occiditur a Menelao; Grece enim Menelaus quasi menelau, id est uirtus populi; quae quidem uirtus omnem timorem semper somno deditum interficit. Illic etiam et Dido uidetur quasi amoris atque antiquae libidinis umbra iam uacua. Contemplando enim sapientiam libido iam contemptu emortua lacrimabiliter penitendo ad memoriam reuocatur. At uero dum ad locum illum uenitur, ubi dicimus: |

---

2 Petron. ed.$^{3}$ Buecheler fr. VIII

---

1 euscio *IL* eustion *DE* in euscion *om G* stico = satyrico *Barth* 2 calomnia *PRU* -lumn- *ω* 3 dicitur *DEL* uenenosa *G* 4 proficerit *PRU* -fec- *ω* 5 scandali *om H* 6 resipiscat *EU* *ad* rancor *gloss* acerbitas *EU* 9 diphebi *E* de$^{y}$pho$^{e}$bi (*al. m. suprascr*) *U* deiphoebi *L* diphoebus *E* deiphoebus *L* deiphoio *G* deiophoio *H* deyphobus *U* 10 dimofobus] dimophobus *DEL* demofobus] dimofobus *D* dimofebus *G* demophobus *EL* 11 puplicus *PR* publicus *ω* 14 audeat *G* 15 a menelao occiditur *E* a menelao aiť *L* enim menal$^{9}$ *E* 16 quasi menelaus *G* 17 interfecit *RH* 18 atque *om L* 20 contēta mortua *G* 21 uero dein ad *E* 22 illum *om EL*



Digitized by Google

M. St.

158 'Porta aduersa ingens solidoque adamante colomnae,
uis ut nulla uirum, non ipsi excindere ferro
caelicolae ualeant, stat ferrea turris ad auras',

uide quam euidentem superbiae atque tumoris imaginem designauimus. Cui etiam turri ideo adamantinas colomnas addidimus, quia hoc ‖ genus lapidis indomabile est, 758 sicut etiam in Greco absolues; superbiam enim nec diuinus timor nec humana uirtus nec famae reuocat uerecundia; 'ferrea' uero 'turris ad auras' elatio erecta et incuruabilis dicitur. Sed elationem quis seruat nisi Tisifone, hoc est furibunda uox. At uero quod diximus: 'Quinquaginta atris inmanis hiatibus ydra seuior', illut nihilominus designauimus, quia deterior in superborum corde est tumoris inflatio quam in ore uentosa iactatio; nam illud quod diximus: 'Tartarus ipse bis patet in praeceps tantum', considera plenum superbiae meritum; poena enim superbiae deiectio est; quanto enim elatus contemnit, tanto sprebilitatis deiectione torquetur; ergo exaltatus quis in superbia duplum eliditur. Unde et Porfirius in epigrammate ait: ‖ |

---

1 *sqq.* Aen. VI 552 sqq. 12 ibidem 576 sq. 15 ibidem 577 sq.

---

1 colomnae *PRU* -lumn- *ω* 2 uisuntur ut *H* ut *om E* ut nulla uis *G* exscindere *I* 4 timoris *ELD* (*em m. rec.*) 5 designabimus *PRIU* (*em m. rec.*) *G* colomnas *PRU*, -lumn- *ω* 6 indomiuile *P* 7 assolues *L* absoluet *α*[*H*] *G* absoluit $D_2$ absoluitur *HE* absolues *He* 8 fama *RHDEL* *ante* uerecundia *al. m. add* nec *EBarb* ueregundiae *P* uerecundiā *L* 10 qui *DEL* tisyphone *E* tesiphone *G* tysiphone *L* tifon *H* tinifone *D* (*m. rec. suprascr* tesi) 12 inmanib, *G* illut *RL* illud *ω* 17 poenā *U* elatos *PRU* (*em al. m.*) 18 contemnit *UD* contemnitur *PR* (*rectene, ut forma media sit?*) contempnitur *HEL* contēpnatur *I* contemnetur *G* tantos *R* sprebilitatis *I* spraeuilitatis *P* probilitas *U* praeuilitatis *ω* (*sed in R antecedit* tantos) 19 superbiam *DE* duplo *deterr* porfyrius *H* porfilius *D* porphirius *IL*

Digitized by Google

M. St.

159 'Auxilium fortuna tibi, res perfida, Quinte, 759
et tulit in fronte grande supercilium;
*h*aut aliud credam, puteum puto te quoque, Quinte:
quanto altus magis es, tam mage despic*e*ris'.

Denique ibi etiam Gigantas uidet et Ixionem et Salmo-
neum, omnes superbiae poena damnatos, nec non et Tan-
talum; Tantalus enim Grece quasi teantelon, id est uisio-
nem uolens; omnis enim auaritia ieiuna fruendi usu solae
uisionis imagine pascitur. Sed his locis iudex Radamantus
Gnosius ponitur; Radamantum enim Grece quasi tarema-
tadamonta, id est uerbum domantem, gnoso enim sentire
dicitur: ergo qui uerborum impetum dominari scit, hic
superbiae et damnator est et contemptor. Denique Aeneas
160 hoc strepitu terretur; uir enim pius superbiae uoces | et
malorum poenas effugit ac pauescit. Deinde ramum au-
reum postibus deuotis infigit et ita Elisium ingreditur,
quo clareat, dum perfectionem omisso iam labore discendi
........ memoriae quae in cerebro est sicut in postibus
perpetue infigenda. Elisium ingreditur campum — elisis
enim Grece resolutio dicitur — id est feriatam uitam
post magistrianum timorem. Sicut enim inferni Proser-

---

1 *v*. Optat. Porfyr. rec. L. Mueller XXX p. 31

---

1 ausilium *L* auerlium *G* 2 extulit $L_2$ *edd* 3 Naut aliud *PR* non aut aliud *D* nam ʰaut aliud *E* nam ut aliudω *em He* 4 quánto altus magis *L* quanto magis altus ω quo magis *deterr* ēs *H* est *DU* tam maie *H* tam magis *DEL* amage *U* despicieris (*em al. m.*) *L* despicieris ω 5 ibi et Gig- *P* ubi et Gig- *D* 6 dampnatos *IHE* 8 solo *H* 9 redamandus *G* 10 taremata (teremata *U*) damunta (damonta *HG* daminta *I* dūmunta *E* dumunta *L*) ω remadamonta *He* 11 domantem dieimus *DG* 13 dampnator *IHEL* damnato *G* contemtor *G* 17 quo — ingreditur 19 *om G* dum] facundiae *et* 19 infigendam *Muncker* perfectione *DEL* s̃cie perfectione *Barb* clareat facundia perfectione *edd* *suppleas sic fere lac.* attigeris facundiae, praecepta dicendi 18 in crebro *DL* 19 perpetuę *DE* perpetuae *HUG* perpetiae *P* perpetuo *deterr* eclisis? *He* 21 inferi *G*

Digitized by Google

M. St.

pina regina est, ita scientiae regina ‖ memoria est, quae *760* in elisis proserpens dominatur perenniter mentibus. Huic ergo doctrinae aureum ramulum dedicatur; de qua memoria Cicero dicere solitus erat tesaurum scientiae. Sed in Elisiis campis primum Museum uidet, quasi Musarum donum, excelsiorem omnibus, qui ei etiam patrem ostendit Anchisen et Letheum fluuium, patrem scilicet ad tenendum grauitatis morem, Letheum uero ad obliuiscendam pueritiae leuitatem. Denique ipsum nomen Anchisae considera; Anchises enim Grece quasi ano scenon, id est |
*161* patrium habitans; unus Deus enim pater, rex omnium, solus habitans in excelsis, qui quidem scientiae dono monstrante conspicitur. Nam et uide quid filium docet:

'Principio caelum ac terram camposque liquentes
lucentemque globum lunae Titaniaque astra'.

Uides ergo quia sicut Deum creatorem oportuit et de secretis na‖turae mysteriis docet et reduces iterum animas *761* iterum de uita demonstrans et futura ostendit'. Ad haec ego: O uatum Latialis autenta, itane tuum clarissimum ingenium tam stultae defensionis fuscare debuisti caligine? Tune ille qui dudum in bucolicis mystice persecutus dixeras:

---

4 *cf.* Cic. de orat. I 5, 18   14 *sq.* Aen. VI 724 sq.

---

Oportuit quidem, uirorum excellentior, hoc nostro quo nuper regimur temporis cursu perenni potius studere silentio et non dicendi studio, praesertim ubi nihil plus nisi de nummi quaestu res uertitur et conquirendi lucri perennis sollicitudo cotidie mentibus suppu*r*etur; cupido etenim sensui non sermo dicentis comptior, sed offerentis est dulcior. In his non lugentum luctus intenditur, non miserorum | gemitus condoletur, sed solius colligendae *2* pecuniae commodo pernox compotus ducitur; cupidae enim menti fit et uox humilis. Et crede, teste Deo nostro confiteor, uolui tuum in his opusculis praeceptum spernere, nisi hoc meo indixissem ingenio, tuo nullo modo inobediens inueniri imperio. Esto ergo contentus huic oneri, quod tibi florulentis Pieridum decerpsimus hortulis et sicut Euristeus mihi inponendo sudori Herculeo praefuisti. Sic quoque nostris opusculis intentus quaesumus incubes lector, ut, si — quod minime puto — iniunctum opus tuo non displicuerit legendum iudicio, poeticum felix gessi negotium, sin uero obscuro stultitiae nubilo tenebrescit inconditus sermo, in silentii cinerem sepultae migrentur necesse est tot lucernae peruigiles et sine effectu honoris

---

2 excursu *Ho* 3 nichil *ST* 4 re$^{s}$ (*alia m* $^{s}$) *T* 5 quotidie *S* suppōīī *T* supputetur *ω* suppuretur *He* 6 enim *S* offerentis ⟨manus⟩? *He* 7 lugentium *T* 9 commodo] quoquo modo *V* compotus *h. e. computus* 10 menti fabet uox *V* 11 uoluissem *S* 13 opi *T* honeri *S* 14 flor. decerps. hort. pierid. *S* 15 Euristheus *V* 16 queso *V* q̄s̄ *T* 18 felix *om S* cessi *V* 20 silentum *V* sepultae *om T* migrent *S*

H. productae usque in crepusculum noctes. Ergo decuit, mi domine, cuius propter hoc nostrum ordiri libellum uideor uel quo inpellente opus durissimum subire cognoscor, in hoc excellenti superboque negotio, ubi ingenii potius exerceri debuit celsitudo, elementorum ut peruides ordini non seruire, quo mirifici operis dispositio decorum non fugisset eloquium; dum enim mens litteris fugiendis studet, minus idoneum opus efficiet; sudor quippe est estuosi spiritus, ubi quidquid decorum inueneris ponere non licebit, dum illic litterae quae fugiuntur inpegerint; de tuo enim conice mentis ingenio, utrumne, dum inter illud quod queris id quod non uis inueneris, quibus ingenii estibus suffoceris. Ergo semel indicto seruiens ex in- 3 positione negotio melius duco minus compte dicere | et ex rei praesumptae ordine nullo modo dissilire. Quaeso ergo te, domine, ut non rusticiter me sensisse diiudices, dum sublime non profertur eloquium; est enim in nobis copiosum dictionis enormeque fluentum, quod nostrum opus mirifice pingeret, si huius propositae rei impeditio non obesset. Dixisti enim legisse te librorum bisduodenum uolumen Xenofontis poetae in singulis libris singulis litteris diminutis, quod quidem opus mirificum cuncti qui interfuimus iuste praetulimus; sed illic forte nec nominum ordo interfuit cum suis litteris subducendus, et penes Grecos licet in litteris uertere, ubi quilibet necessitudinis constringitur forcipe, ut e in i et o in u, quod penes Libicos inuenitur inlicitum. Quid ergo ego in primi hominis nomine eiusque coniugis uel duorum filiorum perpessus sum quoue sudore usque in internicione constrictus,

---

1 perducte *PV* 2 propter quē *S* 3 onus *Ho* 4 ingenio *T* 7 fugasset *Plasberg* enim — uinolentis *p. 171, 21 om T* 8 efficit *S* 9 quicquid *S* 12 non uis] uix . . . . (*lac*) *S* 13 extibus *SV* indito $P_1$ *V* 19 interpeditio *P* 21 xenofoontis *PS* xenophontis *V* 22 imminutis *S* 23 protulimus *V* 27 libycos *V* 29 sudore reus usque *V* int̃necione *S*

Digitized by Google

H.

ut, quos ordo scripturae dicendos exigeret, illorum nominibus uti penitus non liceret. Sed dicetur mihi: mirum opus non esset, si districtio huius rei quaerendae non intercideret. Ergo praetermissis libelli principiis rerum nobis exhinc sumendus est tenor. Uiginti igitur et duobus elementis penes Hebreos ordo loquendi disponitur, uno itidem superiecto nostrae linguae profusio, sed et Rom⟨*an*⟩ae colligitur; sin uero tertiae sequentem litterae superieceris signum, Grecae linguae necesse est integrum ut monstretur effectum. Ergo ex quo in his operibus Grecum praecessit ingenium, oportet deinceps nostrae linguae medium ordinem consequi, quo non bis duodeno uel bis undeno, sed Grecis uno elemento subducto et Hebreis uno superinposito unicus ordo Libico mon|stretur in numero. His *4* ergo uiginti et tribus elementorum figuris, in quibus uniuersus loquendi cursus colligitur, mundi ipsius hominisque discretis temporibus ordines coaequemus necesse est. In id enim, et homo quod crescit et mundus quod uiuit et numerus elementorum quod colligitur, inuenitur in nostro libro rerum omnium concors digestio; ut, dum unitos continentiae nodulos in ordinem rei digestos inspexeris, inuenies et plenissime conscriptos hominum mores et mundi dilucidos ordines et in litteris cursus sibi similiter congruentes et, quod his omnibus excellentius emireris, in singulis libris singulis litteris rite subductis, dum primus primum, secundus secundum, sic usque postremus

---

1 quis *V*  5 nobis *om S*  7 superiecto ω interiecto *Ho* superiniecto*? He v. l. 13*  roora *V* romae ω Romanae *Plasberg*  8 tertiae sequentem litterae ω *sc. tertiae uigesimae* sequens *Ho*  superieceris ω *v. l. 7*  9 monstret̃ (*eraso* ˜) *S*  10 effectū* (*erasa littera* s *ut videtur*) *S*  processit *V*  11 ordinem medium *V*  12 bis duodeno et bis *V*  13 superposito *S*  14 libyco *V*  16 colligitur *V* colligit *PS*  20 dum *om V*  21 unitus *V*  ɔcinentię *S*  nodulos *erasa hasta ante* n *S*  concinentiae modulos *Ho*  22 inuenies ω (e *in ras S*) inuenias *Ho*  24 admireris *S*  25 litteris singulis *V*  26 usque postremum postremus *S*



Digitized by Google

H.

postremum liber sibi diminuendo perdiderit elementum. Constringitur enim noster dicendi sermo huius interdictionis forcipe domitus, cui quidem sollertissime seruiendum est, ne in id, quod fugiendum proposuimus, incurrisse quolibet modo legentium iudicio denotemur. Igitur si secundum Grecorum elementorum ductus loquendique morem, ubi ex primae figurae sigillo usque in postremum ω *si*bi DCCC numeri colliguntur, nostrae scolae uolueris conferre primordium et Romuleis Libicisque litteris orientis iungendum duxeris conputum, nullo modo sibi similes coire poterunt ordines; neque enim k et h Greco concordes sunt; episemon quoque et cuf quod Grecus pro numeris interposuit, Romulidum ordo non inuenit. Ergo occurrunt in nostris *litt*eris, si secundum illos numeres usque in postremum z, D, quo duodecies quingenteni mundi uiuentis indicent tempus; sin uero duodecies duodeni, uitae hominis necesse est monstretur excursus; item |
*5* dum duodecies uiginti tres collexeris, nouem mensium et sex dierum repperies numerum, certissimum ex utero hominis procedent*is* egressum, ut unde generis primordium sumitur, illinc quoque mortis ordo signetur. Ergo sicut in homine uiginti et tribus lustris mores ordinesque uertuntur et uiginti tribus elementis totius sermonis ordo colligitur, sic quoque et in mundo XX et tres temporum disponendi sunt motus, quo singulis quibusque, ut dictum est, libris et singulorum litterae obseruentur et mores uitaeque hominum picturentur et mundi ipsius res gestae lucidius demonstrentur.

---

4 proposuimus fugiendum *SV*  8 ω ubi δccc (octingenti *V*) *ω* sibi *He*  scholae *V*  10 ꝯpotū *S*  12 episenon *SV*  cuf. *ω* = קוף, *κόππα*  13 romulidus *P* romuleus *S* romulidum *V*  14 numeris *ω* litteris *He* numi̅ *S*  15 z δ quo *S* z . . . . (*ras*) quo *P* z ∗ quod *V* (*signum post* z *cognosci non poterat*)  18 collegeris *V*  mensum *V*  19 reperies *V*  20 procedentem *ω em He v. p. 134, 5*  22 hominē *PS*  24 uiginti et tres *V*  27 reges elucidius *S*

H.

I.

Primum igitur mundi tempus sumendum est ex primo *abest A* homine infelicissimo precepti dominici contemtore et ex eius coniuge uiri simplicis seductrice, in quibus et serpens inuidus utrorumque deceptor ostenditur et mulier mortis primordium miseris successoribus repperitur. Quid etenim profuit uel serpenti quod non solus periit uel homini quod inlicitum co|medit uel mulieri quod sibi uirum consen- *6* tientem effecit, nisi ut in omnibus iusti iudicii Dei ultio processisset; neque enim excellentissimus ille rerum omnium conditor mortis muscipulum in fructu prohibito indidit, sed deliciose ut homo uiueret ex dinoscentie eum ligno deterruit. Cerne enim quod et serpentis deceptio sub spe diuini honoris inmittitur et mulier perpetue uite promissione compellitur et uir lenocinio dulcoris in comestionem pomi gulosus inpellitur. Ergo ueternosus ille priuignus letitie qui primum penes genitores leno pomorum esse promeruit, ipse in filiis inuidie leno esse didicit seniorem homicidio perimens, iuniorem occidendo disperdens. O nihil tutum serpentis ingenio, ut homo qui principium uite extitit ipse mortis elogium fieret posteris et mulier uiuentium genetrix interitus sue existeret prolis. Ue mundo, ue hominibus, quorum initium mors, quorum finis iudicium. Quid enim profuit homini uite cursus, cui finiturum decretum est tempus? Omne enim quod perenne non contigit esse — quid uiuit? Defle ergo, queso te, homo, quod uiuis; uentosum enim est quod extolleris; non enim diuitie morientem secuntur nec honores corporibus prosunt: nudus qui mundum ingreditur, nudus mundo egreditur. Sit solo inuisibili deo perennis honor in seculo, qui horret excelsum, erigit deiectum et hominum semper

---

2 *sqq. cf.* Gen. 3 16 *sqq. cf.* Gen. 4

---

3 contemptore *SV* 6 reperitur *V* 13 detriuit *V* 15 in *om PV* comestione *PV* 17 primus *V* 18 leno *in marg add S* 20 nichil *S* 22 genitrix *SVP*$_2$ sui *P* 27 uentosum est enim *S* 28 sequuntur *SV* 29 nudus quis *SV* 30 soli *S*

Digitized by Google

H.

*abest A* destruens in nihilum deducit consilium; sed uere iustus, uere pius; quid enim mundi presumtio uel efficeret uel conmitteret, si ei perenniter uiuere contigisset? Sed nunc
7 perscrutemur quid sibi hoc mundi | principium cum hominis ex utero prodientis concordet effectum. Illic nouellum primi uteri germen zeli toxico innocentem inuidus uterinum insequitur, hic puer puero dum iniungitur, licet innocuum, sed genuini zeli ostendit effectum. Discit primus homo uolucrum pecudumque differentes edicere nominum sonos, discit innocens licet inconpositos proferre dulciter modulos. Ergo primum mundi tempus usque in Enoch finire decretum est diuine potentie uirtute euocitum. Quo quidem et hoc innocentibus conpetit; nihil enim Deus super innocentum purissimum diligit sensum.

## II.

*abest B* Nunc quatenus in primo opere in quo quidem arta legis catena damnati et plenam loquendi facultatem amisimus et sententiarum declamationumque pompismata tenaci forcipe suggillati perdidimus, in quo mihi nec Adam nominare aliquatenus licuit nec eius coniugem disparesque germanos, unum zeli toxico de fratricidii crimine saucium, alium innocentium martyrem primicerium, designare fas

---

1 nichilum *S* ducit *al. m. add* de *P* sed] sic *V* 2 p̄sumptio *SV* 5 effectum (m *expunx al m*) *P* effectu *VS* 7 puero *om V* hic puerpo dum *S* 8 sed] sic *V* 9 differentes *om V* 11 mundi primum *S* 12 quod *S* 13 nichil *S* innocentem *S* innocentium *V* 14 et pur- *SV* Primus liber absque a explicit, secundus absque b incipit Flauii Claudii Gordiani Fulgentii uiri clarissimi *P* Primus liber absq; a explicit scds absque B incipit *S* Liber II absque b *V et sic omnes mutatis numeris et litteris in sequentibus libris* 16 quo qui de maria *P* q̂ q̊d de ᵃmar* a (*ras supra* e *et post* r) *S* quo quidem arcta *V* 17 dāpnati *S* 18 declarationumque *V* poppysmata *V* pompisma *derivatur a* pompa 19 mihi *om V* 20 aliquatenus *om S* 22 innocentum *V* martirū *S* martyrum *V*

Digitized by Google

H.

fuit — nunc itaque secund*a* mundi aetas inquiritur, quae *abest B* ex Enoch felici translatione et paradisi incola conquisito— | in quo mors, licet omni*a* mundi genimina rapaci 8 hiatu possederit, solius tamen praesentia fraudata discessit — usque in gigantei cataclysmi rugientes undas et ultrices scelerum expromtatas caelitus guttas‹ perducamus necesse est. Illic Noë salutaris arcae felici carceratus custodia praeteriti heres translatus saeculi, qui etiam conditor factus est et futuri, propitio securus iactatur naufragio. Hic quidem sancte agendo promeruit pereunti mundo fugere, nascenti regnare. Quanto satius fuerat, Deus meus, mundum iterum rudem construere et Noë licet iustum quocumque mortis exitu terminare, praesertim quia numquam Deo suppetit in opere fatigatio nec desudat ut quiddam perficiat, sed imperando mandat ut fiat, dum tamen non enatasset usque in alterum saeculum Adae peccantis transgressionale plantarium et mundi rudis infantia nulla praeteriti temporis macularetur ex causa. Sed eris tuae ordinationis tu solus conscius testis, cui licet et iusta omnia facere et secreta iudicia ordinare. Quid ergo hoc in tempore mundi aetas gesserit, edicamus.

Primum igitur angelica extorris caelo nequitia luxuriae calore torrefacta succenditur et contra naturae foedera humano amplexui commiscetur. Fit partus inparili glutinatus ex coitu et contra naturae foedera gigante*a* moles enormi admodum porrigitur statu; accipit ex materno semine humanae similitudinis formam, sumit ex paterno coitu extensae proceritatis miram potentiam. Dehinc inter excrescentia hominum angelorumque peccata Noë solus

---

2 *cf.* Gen. 5, 24  7 *sqq. cf.* Gen. 6 sq.  23 *sqq. cf.* Gen. 6, 2 sqq.  29 *sqq. cf.* Gen. 6, 8 sqq.

---

1 secundi *ω* secunda *Ho*  3 omni *P* ōis *S em Ho*  omnem mundum gemina *V*  rapachíatu *P* rapacitate *V*  5 cataclismi *S*  6 expromtatas *om V* (*sed lac*) *constructio mutata est*  7 arche *P*  10 pereunte *S*  11 nascente *S*  13 deo numquam *SV*  24 īparili *S* uirili *V*  25 giganteae (-e, -ę) *ω em He*  molis *S*  26 accepit *V*  29 angelorum hominumque *V*

Digitized by Google

H.

abest B iustior coram Deo reppertus arcae pater eligitur, arca matre
9 seruatur, | fit sui operis incola, fit serpentum collega, hospes praepetum, comes pecudum ac ferarum; ludentes filios cum cerastas draconesque conspexit et adsidentes garruliter elefantis neptes non timuit. Enatat futuri mundi seminalis entheca praeteritae nationis reliquias futuro saeculo productura, circumlatrant undique mortiferae undae salutare negotium, quo cum primo mundi interitu semen etiam perderent et futurum; sed iustorum securitas etiam pereunte saeculo nescit quicquam timere sollicitum. Nunc ergo, sicut primae mundi aetati sociatum statum ostendimus, dum ex Cain zeli toxicum concipit dumque ex eius germano lactis auxilium poscit, quod quidem ille sacrificat, ille potat, — quid ergo in secunda aetate res parilis conpetat, ostendamus. Sicut enim in pueris aetas insulsa erigitur, sic gigantea inconsiderata materies tollitur; sicut his instinctura cataclismi praerogat scelus, ita pueris tinctura fontis diluit facinus: illic aqua angelicae transgressionis fit ultio, hic aqua fit genuini peccati dilutio: illic transgressor angelus concupiscit scelus, hic humanae concupiscentiae diluitur fructus: illic peccantis mundi materies in uno germine transplantanda in alium saeculum aquis purgatoriis enatat, hic unius Christi redemptione pugnantis rudis homo ecclesiae fontanis renascitur sacramentis: illic ex mundo in arcam transilit ut cataclismum fugiat, hic ex inmundo ad ecclesiae arcam confugit, ut catecizatus hostem effugiat. Ille feras ser-

---

1 repertus *SV* elegitur (*em m. rec.*) *P* mater *V* archȩ — archa *S* 2 serpentium *V* 4 cerastas draconesque *PS*$_1$ cerastis draconibusque *S*$_2$ cerastis draconumque monstris *V* adsedentes *P* 5 elephantis *V* 7 perducturas *P* ꝑductura *S* *cf. Dracont. de laud. dei II 386* 9 sementiam *PS* semen etiam *V* effuturum *PS* et futuri? *He v. p. 135, 9* 10 pereuntes a sclō *S* 11 ne ergo *V* 17 maceries *S* (*in ras*) praerogat *PS* prorogat *V* praeripit? *He* 22 aliud *SV* 23 enatat] renata *S* 26 archam *S* 27 catechizatus *SV* ut — effugiat *om S*

Digitized by Google

H.

pentesque innocuos arca concludit, iste leonum rugientia *abest B* guttura draconumque cristas elato turgore surgentes ecclesiasticae arcae monumento conteruit. Ille legem accipit, ne comedat carnem in sanguine, iste legem suscipit, quo Christi carne saturetur et san|guine. Illum circumlatrat *10* unda quo suffocet mersum, istum sanctificat aqua quo reddat purgatum. Cerne igitur omnia et ad liquidum consonantia et aequali pro⟨*pe*⟩modum iugalitate constricta. Illic praepetes duae ex arcae muro in legationis transmittuntur officium, quarum una oleae ramulo testificante regreditur et mittentis imperio famulata aquarum pacem annuntians gratulatur, altera morticinarum carnium comestione tardata lenante iniquo affectu, sicut nigra corpore, ita nigrior non redit mente. Non aliter etiam in homine, mundo minore, repperies, dum catholicus ramo crismatis ex oleastro ad fructiferam radicem insertus ecclesiam semper et cotidie rediturus memoriter retinet, hereticus autem, pollutis captus nequitiae exsecramentis ecclesiae matris reditum non solum non meminit, quantum etiam commonitus ex alio spernit. Felix ille ac multipliciter felix, siquidem inmodesta suae plantationis potatio patriarchae non fuisset scandalum. Didicit merulentus sanctitatem perdere, qua in medio undarum rugientium securior usus est adiutrice. Quid agimus, humana fragilitas. Pugnat sanctissimus patriarca cum tumente pelago;

9 *sqq. cf.* Gen. 8, 6 sqq. 22 *sqq. cf.* Gen. 9, 21

1 archa *S* 2 claro turgore *S* 3 archae *S* conterruit; *in marg:* legi etiam poterat contriuit *V* conterruit *S cf. p. 143, 1* accepit *V* 4 quod *V* 7 liquidum *PV* unum *in ras* (*videtur scriptum fuisse* lidū) *S* 8 promodum *P* pro modo *V* post modum *S* propemodum *m. rec. in P an* promodum = pro portione? uigalitate *V* 9 due p̄petes *S* duo praepetes *V* archę *S* 10 ramo *S* 13 tardante *V* lenocinante *S* nigro *S* 15 reperies *SV* 16 chrismatis *V* 17 quotidie *V* 18 ex sacramentis *P* execramentis *S* 19 non solum *om S* uerū etiā *S* 22 fuisset *em ex* fecisset *S* merolentus *S* 23 quam *P* quia *V* 24 uersus est *V* 25 patriarcha *SV*

H.

abest B cum minante caelo, cum rugiente profundo, cum aestuante cataclismo, et elementorum omnium uictor modico superatus turpiter prosternitur mero; aedificat arcam sapienter tricameram, quo unda expugnatrix non repperiat rimam, et tamen madidus merulentia nudata posteris monstrat turpiter iacendo pudenda. Sufficiat ergo hucusque, quantum res exigere potuit, secundae aetatis mundi atque hominum concinentias enarrasse. |

*11* III.

*abest C* Ordo adsumpti exigit operis, quo tertia mundi aetas hominisque similiter de trilustrio monstretur status seruato etiam tertiae litterae detrimento, ne non suo subripiens libro adsumti operis ordinem uexet.

Qui quidem liber ex Babyloniae fundatione sumebit initium Ninique regis uel Sameramidis reginae temporibus; turrem etiam famoso ambitu fundamine destinatam totiusque populi a*e*que unitate atque linguae adunatione disposita*m*, quae tegulato latere et Puteolano puluere uel bitumine eminentior surgit astrorum sublimitati propinquior et ipsam pene lunarem suis pulsans angulis orbitam — ibi etenim dispersa uniuersaliter linguarum uarietas medium interemit operis adsumpti negotium, ut, dum quis extruens quod uellet inquireret, aliud qui deorsum fuerat obtulisset et, dum una esset adsumtio exurgentium, dispar fieret

---

16 *sqq. cf.* Gen. 11

---

1 extuante *V* 3 prosternitas *P* archam *S* 4 reperiat *SV* 5 merolentia *S* 7 scdi *S* 8 continentias *PV* *de subscriptione cf. p. 134, 14* 10 quod *V* 11 hoc trilustrio *S* decilusorio *V* 13 assumpti *SV* 14 babiloniae *SV* sumebit initium *scriptum; alterum erasum P* sumet *SV* 15 Semiramidis *SV man rec in P* 16 turre *S* turrim *V* ambitus *SV* destinata *S* 17 atque *PV om S* aeque *Plasberg* 18 dispositam *He* 19 sublimitate *PV* 20 *verbum periit aut constructio mutatur* 21 enim *V* 22 negotio *P* (*em m. rec.*) 24 adsumtio (*suprascr* p *m. rec.*) *P* assumptio *SV* exsurgentium *S*

Digitized by Google

H.

intentio operantium. O inmensa atque inaestimabilis diuina *abest C* sententia. O profundi diuini sapientiae fontis. Una uox, unus animus, unum etiam quod mortalitas adsumserat opus, et tamen in id quod gaudebat humanitas pluralitatem se | repperisse ad implendum quod queperat, *12* illud magis diuinitatis sapientia soluerat, qui uanos ho- 6 minum impetus deridebat. Oboritur itaque inter sensuales mentium quiniones grande diuortium, ut aliud uox, aliud sensisset auditus. Exstitit lingua suae uoluntatis aduersa et quod loquendi sonus proruperat, aliud auris uelutsi extranea reputabat. Fit in una eademque membrorum unitate diuisio; petit lingua quod auditus nequaquam intellegit, dat auditus quod lingua omnimodis non petiit: et dum inter se uterque arietat sensus, semiplenum desertum est opus. Eo etiam tempore Babyloniae muri famosa opinione prosiliunt, quos Sameramis uanae laudis elata turgore fertur instaurasse. Nini enim sui mariti post obitum antiqui operis fundamina in meliorem laborando perduxit statum, quae quidem melius morum ordines pingeret quam murorum ambitus extendisset. Erat enim et suorum adulterorum mortifera ⟨*et*⟩ morientium adultera; libidinis summa: filii etiam in luxuriam feruens matris honore sepulto sibi nurus effecta est. Sed non

---

2 *cf.* Paul. ad Rom. 11, 33    15 *sqq.* *cf.* Oros. II 2    21 *cf.* Oros. I 4, 7

---

1 operantum ω i *suprascr m. rec. P v. p. 138, 24*    2 profundi *VP* (a *suprascr m. rec.*) profunda *S*    sapientia *S*    3 adsumserat (*m. rec. suprascr* p) *P*    assumpserat *SV*    4 in id *om S cf. p. 131, 18*    5 reperisse *SV*    cepat *S*    queperat (*suprascr m. rec.* coe) *P*    exorsa erat *V*    6 sapientiam *V*    solueret ω -rat *He*    7 desiderabat *S*    8 quiniones ω *m. rec. eff.* opiniones *P*    9 extitit *SV*    linguae *V*    uoluntas *V*    10 praerumpat *V*    12 inunitate *P* (*expunx m. rec.*)    13 intelligit *SV*    14 inter *P* in *SV*    15 babiloniae *SV*    16 opinione *om V*    semiramis *SV m. rec. in P*    18 obitum sui antiqui *S*    21 adultero *P*    ⟨et⟩ *He*    morientū *S*

Digitized by Google

H.

abest C mirum ut, quem adulterio genuerat talique patre pepererat natum, illum etiam sibi iungeret et maritum, ut, quem uuluae hiatu pariens gemendo produxerat, illius etiam semina libidinis ardoribus uaporata ingluuie inguinum transuorabat. Ninus etiam uxoris iniquitatibus non dissimilis et dignus pestilentis feminae matrimoniis primus etiam inuadens limites proximorum primus regnandi in mundo sumsit exordium, primus Squitarum tranquilla et serena quiete uiuentes inuadens terminos alieno uaporauit ferrum in sanguine. Ille humana negotia pura mansue-
*13* tudine pera|gentia aduersa bellorum strage turbauit. Quid ergo horum temporum qualitas humano ordini similet, exquiramus. Quemadmodum mundo turris inmensitas in auras erigitur, ita homini iuuenalis aetas elationibus subleuatur. Illis mirum opus linguarum partitione destruitur, illo litterarum inbutamento stultitia terminatur; illis rudis loquella adsumtionem eripuit, isto rudis littera sensum aperuit. Sameramis totius libidinis ardore torretur, et pueritia luxuriae lampada inmoderatis augmentationibus uaporatur. Illis diuinitas linguas uerborum uarietate distinxit, istis sapientia ad ingenium prudentiae subleuauit. Mundo Babylonia instruitur regnandi primordium, homini sapientia tribuitur gubernationis ornamentum. Ibi Sameramis regnat aduersa iustitiae, isto aetas inminet lena

---

5 *sqq. cf.* Oros. I 4

---

1 erat *VP* (*m. rec. suprascr* gen) genuerat *S* (*ex coni.?*) 3 hyatu *S* illum *S* 4 semina *deest S* (*sed lac*) ingluuiae *PV* illuuie *S* 5 transuoraret *S* 6 primus — proximorum 7 *post* exordium 8 *PV in marg, sed punctis ad hunc locum refert S* 7 milites proximorum *P* 8 sumpsit *SV* primus etiam *S* scytharum *V* scitarum *S* 9 serena] summa *S* uiuentes *∞* uiuentiū *eff. S* 12 per horum *S* qualit^te^as *S* similiter *V* simile *S* 14 iuuenilis *S* 16 illi *S* 17 loquela *SV* adsumptionem *SV* isti *S* sensum abstulit *S* 18 semiramis *SV rec. m. in P* 21 istis *PV* istos *S m. rec. in P* 22 Babilonia *SV* 23 ornatum *PV* semiramis *SV m. rec. in P* 24 isto *P* (o *in ras m. rec.*) *V* istic *S* lenis *V*

Digitized by Google

H

luxuriae. Illa et libidinis amore torretur et sanguinis effusione polluitur, at uero aetas aut amando aestuat aut litigio fermentata uaporat. Illa alienum rapax regnum inuadit, iste externae aut uxoris aut filiae quaerit amplexum. Ibi murorum ambitus in distentione admiranda porrigitur, isto iuuentutis status uirtute etiam roborante firmatur. Quid igitur minus in huiusmodi similitudinibus aequiperabile forsan repperies? Sameramis flagitiorum fit domina, aetas [ruinae fit filia,] ruinae fit famula. Ergo homo mundus minor, in quo et natus ostenditur et similis repperitur; nil inter utrosque repperias forte distantiae. Restat ergo ut quarta mundi aetas atque hominis digerenda monstretur, quae quidem Abrahae similitudinem tempusque possideat. | *abest C*

## IV. *14*

Abraham igitur primum germen iustitiae, in quo maiestatis ineffabile testimonium claruit, et quasi iam noto obtemperantiam exhiberet, ita praeceptionis famulatum impleuit. Itaque iubetur relinquere subitanter quae habuit et erraneus quaeritare quae non nouit, praesertim cui et ignotus promiserat et incognitus imperabat. Probatur in remissione substantiae praecipiente quem non norat, probatur in poena corporis circumcisione operante cuius *abest D*

---

16 *sqq. cf.* Gen 12 23 *cf.* Gen. 17

---

2 et uero *V* uero haec aetas *SP*, amore *S* 4 uxores *P* (*em m. rec.*) 5 distensione *S* 6 isti *S* 7 in his similitudinibus minus *V* 8 et quiperabile *P* aequipar- *S* et probabile *V* *a verbo* repperies *incipit cod R* semeramus *P* semiramis *S m. rec. in P* 9 aetas iuuentae ruinae *S* fit filia ruinae, fit ruinae famula *S* ruinae fit filia *om P* 11 reperitur *S* reperias *S* repperies (*suprascr* a *m. rec.*) *P* 14 Explicit liber III absque C Incipit liber IIII absque d Fabii Claudii Gordiani Fulgentii Viri Clarissimi *R rell v. p. 134, 14* 16 fuit primum *S* primum illut germen *Ho* 17 ita claruit *Ho* & (*suprascr al. m.* (*ut videtur*) ut) *S* 20 erroneus *S* 21 ignotis *R* 22 quę *R* quaē (*em m. rec.*) *P* nouerat *R* 23 circūcisionē *S* imperante? *He*

Digitized by Google

H.

*abest D* gratiam nesciebat, probatur in filii repetitione quem gratuita largitate non supplicans promeruerat; et quia in his tribus temptationibus firmior inuenitur, primitiuus gratiae pater scribitur. Largitur omnipotens filium et gratanter suscepit, repetit et libens obtulit; nec in acceptione ingratus exstitit nec in retibitione sollicitus murmurauit. Non omisit filium quia festinauit omittere, saluificat non sollicitus cruciare; meliora etiam repperit non pauitans sua omittere. Iubetur igitur ex ignoto, festinat etiam imperii praeceptione permotus patriam linquere, rem amittere, parentes respuere, profugus exulare. In hoc tempore *15* gestum aliut miraculum et nar|remus. Nonne huius aetatis cursu etiam Iob, ille praecelsi atleta certaminis et sataelicae superator uirtutis, in quo nec iniquitas locum repperit nec iustitia malum inuenit? In illo enim et tenebrarum princeps uictus erubuit et bonitatis auctor coronam quia oportuit retribuit, non quia uoluit praerogauit. Exstitit enim letus in filiorum morte, securus in omissione substantiae, patiens tolerator in uulnere, locuplex mente in nobilitatis amissione, fortis in flagellato corpore. Plura ergo recipit, cum non luget quae amisit; in his quia patienter amissa non gemuit securior pluriora suscepit; et quamuis improperium coniugis sustineret incitamento peccati, tamen uictrix illa in omnibus iustitia et tolerantia et muliebris inproperii fermenta contriuit et sataelicam

1 *sq. cf.* Gen. 22  4 *cf.* Paul. ad Rom. 4, 11 sqq.  13 *cf.* liber Iob

5 suscepit $P_1$ suscipit *ω*  6 extitit *RS* retibitione (*suprascr* d *m. rec.*) *P* retibicione *R* re$^{t}$ibutione *S*  7 amisit — amittere *S*  8 melior *R*  11 *post* hoc *add m. rec.* etiam *R* tempore rem gestam narremus aliam. Nonne (rem — aliam *in ras m. rec.*) *R*  12 miraculum enarremus *S* aliud *S*  13 cursus *S* fuit *post* cursus *suprascr S* acleta *PR* athleta *S* satanaicȩ *S v. l. 25*  15 enim tenebrarum *P*  17 retribuit (*eff. m. rec.* retibuit) *P* extitit *RS*  18 amissione *S*  19 tollerator *P* locuples $P_2$  20 nobilitas (*em m. rec.*) *P*  21 ergo *R om PS* his *PR* hoc *S*  22 pluriora] plurima *S*  24 tollerantia *P*  25 muliebri $P_2$ *R* muliebria *Plasberg* feruenta *P* sathanaicam *S*

Digitized by Google

H.

uirtutem pugnans obteruit et caeleste testimonium quia promeruit meruit. *abest D*

Tamen quae sibi similia in his humana natiuitas quaerit, et enixius pertractemus. Postquam enim litteris mens inbuta quibuslibet ingeniis sensum in spem futurae cognitionis armauerit, statim contemto genuinae stultitiae nubilo uelut illic terrae propriae habitaculo bonorum actuum cupiet cogitare negotium, et ut illic Abrahae obtemperantia, ita hic spes bonitatis inquiritur profutura. Posthaec carnis luxuriaeque in meretricibus absciso praeputio solum sui coniugii expetit matrimonium nec iuuenales amplexus iactare cupiet in erratilem gratiam, ubi amor amarus, fructus labilis et emticius semper ac uenalis affectus. Posthaec seminale conmercium omnibus patribus generaliter gratum, qui sunt filii tamen caelesti affectu, plus aput sapientem electo, incipiet esse postremum. Omnis enim sapiens et recte intellegens | plus *16*
opificis sui excellentiam ueneratur quam filiorum amore constringitur; anteponitur enim ille omni affectui et qui nihil suorum uult amittere, illum amplius paratus sit obseruare, sicut Salomon ait: ‘Initium sapientiae timor est maiestatis’. Igitur quam conueniens humanis moribus omnis saeculorum excursus, nota; aput iuuenales animos sapientia concupitur, [nota] aput Abraham caelestis re-

---

21 *cf.* Prouerb. 1, 7 9, 10 Psalm. 111, 10 Ecclesiasticus 1, 16

---

1 obteruit *PR cf. p. 137, 3* obtriuit *S* quia promeruit meruit *PR h. e. qui promeruerit dignus fuit* quia promeruit habuit *S* 4 et *om RS* 5 spe *P* 6 contempto *RS* 7 illic *P* illi *R* ille *S* proprię terrę *S* 11 iuueniles *S* 12 cupit *S* 13 empticius *R* 15 qͥ tñ st̄ filii tñ cęlesti *S* 16 electo *P* electum *RS* *omissum est* eis 17 intelligens *S* 19 affectu *S* ut qui nichil *S* 21 solomon *P* Salamon *S* 22 igitur nota quam *S* conueniens *P* conueni eas *R* conueniens eat *S* 23 excursus . nota quia apud *S* iuueniles *S* 24 nota quia ap̄ *S* nota *del He*

Digitized by Google

H.

*abest D* promissio expectatur; illic caro gentilis praeputium accipit, hic aetas cum proficit circumcisionem malae uoluntatis inuenit; illic filius pro amore sacro spernitur qui est seminis paterna suauitas, hic luxuriae amor finitur quae est erroris grata malignitas.

## V.

*abest E* Nunc nostris in manibus mundi ordo quintus obuoluitur, cui humana uita similis coaptatur. Hoc igitur cursu iustorum hominum instituta monstra*b*imus, ubi primi duo unita partus fusura probati, minor maioris subplantator crura subducit, ut aut primus in lucis iubar prosiliat aut fratris uiuificos partus in auersum tardando concludat. Quid ultra? Monstrat nondum homo sui cordis inuidiam; nam cui adhuc uita non fuit, liuoris toxicum
*17* non natus adsumsit. Num|quidnam diuina iustitia in matris uulua prior formatur inuidia quam figura? Aut quo liuor in loco habitaculum accipit, ubi adhuc anima non fuit? Nascitur paruus qui nasci uoluit primus; optauit primordia si possit uinci natura. O admirandum auctoris ac sacratum iudicium: oditur maior qui nihil incurrit, amatur minor qui adhuc in uulua positus inuidiam concipit. Nullus nascitur, unus diligitur. Nulla fuit minoris iustitia, nulla maioris constitit culpa, cur diuinitatis dispar sit gratia. An quia dicit apostolus: O homo, numquid tu dabis iudicium domino? Igitur paruum fuit quod adhuc uulua inclusus odium monstrat, nisi ut

---

10 *cf.* Gen. 25, 25  24 *cf.* Paul. ad Cor. I 2, 16 ad Rom. 11, 34 Sap. 9, 13

---

1 exspectatur *S*  excipit *S*  4 paterni *S*  9 monstrauimus *ω em Ho*  10 probantur *S*  prolati? *Plasberg*  11 cura *R*  12 aduersum *S*  13 monstrat̃ *S*  cordis sui *S*  15 nondum *Ho*  adsumpsit *RS*  17 libor (*em m. rec.*) *P*  quo in loco liuor *S*  accep̄ *S*  18 prauus *Ho*  paruus *h. e. minor natu*  20 nichil*S*  22 nullus⟨dum⟩? *He*  25 parum *S*

H.

primatum fratris inuidus rapiat. Fatigato rubida*m* coctu- *abest E* ra*m* dum in muscipulum parat, commutat prandium cum primatu subtilis ac lassatos in agro cursus non doluit fratris. Paruum hoc fuit nisi ut alias amplius moliatur insidias. Oblato subtili prandio matris armatur consilio, fallit tactum orbati, pilosi furans machinam corii subripit patri, donum abstulit callidus primitiui. Sanctificatur in fructibus, consancitur suis fratribus primus, confirmatur inimicis omnibus dominus. Quam igitur culpam innoxius habuit, qui nihil malignum suspicans patris prandium campo uagabundus inquirit? Numquidnam oportuit matris astutia, fratris captura innocua circumscribi simplicitas? Nam ut agnosco non fratri inuidit, non patri subripit, non prandium postulanti distraxit, non inordinatos primatus optauit. Additur quia dum armatus fratri iam coniugato occurrit, scandalum aliquod non arripuit, osculum primus pacificum obtulit, iniurias oblitus omisit, illum cum coniugibus ac filiis traicit. Quam in his omnibus di|uinitati *18* culpam incurrit? Aut cur non tam munificus placuit? Sit igitur sui consilii sacra illa diuinitas conscia, quam humana non possit conspicari natura. Uidit igitur in spiritu dominus quod humanus numquam inspicit oculus. Quid dicam Liam sororis inuidam ac pulchrioris thoro subpositam lippam, dum maior minoris inuadit sponsum, noctis opitulato suffragio sororium fallax corripit thorum, ac sic matutino sponsus conprobato muscipulo duplato matrimonium conparat famulatio. Paruum hoc fuit nisi quod mandragorio malo nocturnum liuida nundinatur con-

1 *sqq. cf.* Gen. 25, 29 sqq. 5 *sqq. cf.* Gen. 27 15 *sqq. cf.* Gen. 33 23 *sqq. cf.* Gen. 29 28 *sqq. cf.* Gen. 30, 14 sqq.

1 rubida coctura ∞ *em Ho* 2 muscipulam *S* 3 subtilit *P* (*m. rec. eff.* subtulit) 4 parum $SP_1$ 10 nichil *S* 13 subripuit *S* 15 obtauit *P* 18 trahicit *PR* diuinitate *P* (*em m. rec.*) diuinitatis *S* 19 tantum *R* 20 quam] quia *RS* 21 uidit ergo dominus in spiritu *S* 23 lia *R* soror *R* sorori *S* 25 opitulat$\overset{a}{o}$ *S* 27 famulitio *S* parum *S* 28 mandragario *PR* libida *P* libula *V*

H.

*abest E* cubitum. Aut quid pluribus: duarum coniugum litigantium scandalo duplas matronarum rixa porrigit concubinas, quarum partus cum naturalibus filiis socius adoptatur. Quanto liuoris toxico humana constringitur captiua natura; ut soror sorori dum parat inuidiam, ancillam sibi sociam maluit quam matronam.

Quomodo igitur hic mundi ordo hominis similitudo sit, conquiramus. Numquidnam non propria in his ordinibus mundi imago monstratur, dum in Lia matronalis inuidia, dum in pulchra casualis fortuna, dum in Iacob liuor fratrum, dum in maiori quoddam fortuitum; in Iob passionum indicia ac futura corona, in Iacob communis hominum uita, dum concubinarum amori non parcitur, dum uxoris uoluptatibus famulatur. Nota igitur quod in mundo unus pulchro sortitur coniugio, alius horridiori damnatur consortio; illic filiorum gratia diuino tribuitur aliquando solatio. Subito iustum malis damnatum conspicimus, subito impium bonis [diuitiis] am-
*19* pliatum notamus; aliquando infimior in altum | porrigitur, aliquando sublimis post tumidas pompas prostratus ab omnibus conculcatur. Sit solo domino laus, incommutabili bono; nam humanitas non nouit unito sortiri proposito.

## VI.

*abest F* Pone nunc sextam mundi aetatem libri delimationibus terminandam, quae et diuinitatis testimonio declaratur et humanitatis plenitudine pingitur. In hoc enim temporis scemate Christus noster apparere dignatus est monstrans

---

2 *sqq. cf.* Gen. 30, 3. 9

---

1 aut qui *RS* 3 filius *P* (*em m. rec.*) 5 ancilla *P* 6 matrimonam *P* 10 pulchra = *Rahel* 11 maior = *Esau* quoddam $P_1$ quiddam *ω* 12 Iacob *Ho* 15 aliusque *S* alius qui *R* 16 dampnatur *RS* 17 dampnatum *RS* 18 diuitiis *del He* 19 infirmior *S* 21 soli *S* đo *PR* đno *S an Fulg. e vitasse sibi visus est scribendo* đo*?* 25 delineationibus *Ho* 28 schemate *Ho*

H.

in utraque substantia integram plenitudinem uirtute cor- *abest F* poris et sapientia animi, ut, uere dei uirtus et sapientia, Christus sit homo plenissimus. In hac ergo aetate et Aegyptiaca cruciatio et Moiseica contritio, sed etiam legislatio declaratur. Primum itaque Israhelitica seruitus duro laterum ergastulo cruciatur et negatis iniunctae mercenna*l*is operae paleis ad quaeritandam stipulam castigante praeposito dei populus spargitur. Damnantur in mortis sententiam semina masculina; sed ecce in papirea cistula per crepidinem aluei salus enatabat Hebraici supplementi, donec regis nata uagientis paruuli murmure trahitur et uenustate pulchritudinis Moiseicae dulcorata mo|riturum *20* excipit adoptiuum statimque scirpeo protractum paruulum calato matri contradit nutriendum. O diuinitatis ordo secretus; sciebatne regina quod interitus patris ac patriae in hac cistula delitesceret aut mater nouerat quod salus Hebraica aluei margine uagiens heiularet? Sed ecce innocentiae transactis crepundiis et pueritiae iam maturatis crepusculis iuuenilis uaporatur alacritas. Denique primum Israheliticae libertatis indicium Aegiptico monstrat concitus homicidio, quem calce percussum ac sabulo obrutum inciuilis iniuriae ultione mactauit hoc primum gustum propinans Hebreis de interitu populi persequentis. Exhinc alienas timore exulatus adpetit regiones, pastorale mercimonium sustinet Madianiticus aduena, cuius imperiis ser-

---

2 *cf.* Paul. ad Corinth. I 1, 24     5 *sqq. cf.* Exod. 1. 5, 7     9 *sqq. cf.* Exod. 2

---

1 substantiam (*expunx m. rec.*) *P* utramque substantiam *R*     4 mosaica *R* moysaica *S*     5 isrłitica *S*     6 Ingur dę *PR* iniunctę *S*     mercennatis *ω* -nariis *Ho* -nalis *He*     8 damnatur $P_1$ *R* *rectene Graeco more? cf. p. 148, 1 154, 13* dāpnanī *S* damnantur *m. rec. in P*     9 pirea *P* (*em m. rec.*) papiracea*?* *He*     12 uenustatem *P*     mosaice *R* moysaicę *S*     13 scyrpeo *R*     14 calato (c *ex* g) *R* galato (*suprascr m. rec.* c) *P*     17 eiularet *S*     19 iuuenalis *R*     20 isrłiticę *S*     aegiptii* *R* ęgiptiaco *S*     conscius *RS*     22 mactabit *R* mactabat *S*     hoc *ω* *expuncto* o *suprascr* un *S*



Digitized by Google

H.

*abest F* uitura dependerant elementa. Igitur postquam Deus et Aegiptiacam iniquitatem maturam inspexit et Hebraicos labores maturos agnouit, accedebat his Moisi probata iustitia diuinae gratiae praemiis muneranda. Extemplo Sinai montis caligantibus nebulis aestuans uapor et tonitruali mugitu rugientia cauernosi montis arcana pauidos diuinitatis testabantur aduentus; ignis quoque hilaro remigamine coruscantior crispatis anhelo uibramine ligulis uirentes rubi ramulos innocua cursilitate lambebat et diuinis gressibus uernularem praebens obsequium cum herbis ludibundus innoxiis praelambitionibus crispabatur. Posthaec diuinae quoque uocis sacra dulcedo medium admirandi candoris silentium scindens enituit, — si quidem uox illa dici poterit, cui sola diuinitas testis est quae emisit et Moisi beatus auditus qui meruit — dicens: 'Duros populi mei ex operationis ergastulo gemitus intel-
*21* lexi et aqua|ticae mortis exilio praedamnatos masculorum partus intendi; ob quam rem elegi te Egipticum perditorem, Israheliticum ducem, elementorum imperatorem, magorum dominum, plagarum magistrum, maris etiam et scissorem et dominum'. Itaque descendit Aegyptiaci interitus deus qui Aegyptiaci criminis migrauerat reus. Praebent obsequium elementa unius hominis imperio seruitura; uirga etiam adest in obsequium ducis, in qua omnis substantia pependerat dominantis; primum enim et in draconem commutata migrauit et magicos potentata dracones absorbuit, discit lignum contra naturam animatum inrepere, discit ligni materies animatas bestias transuorare. Desudat natura esse quod non erat, dum tamen Moyses ostenderet quod

---

5 *sqq. cf.* Exod. 19, 16    7 *sqq. cf.* Exod. 3    23 *sqq. cf.* Exod. 7. 10

---

1 dependerat (n *add m. rec.*) *P cf. p. 147, 8* dependebant *S*    3 moysi *RS*    5 synai *RS*    6 archana *RS*    7 hylaro *R* hilari *S*    8 lingulis *videtur eff. ex* angulis *S*    10 uernulare *RS*    14 diuinitatis *P* (*expunx m. rec.*)    15 moysi *RS* dics̄ *R* dici sibi *S*    17 p̄dāpnatos *S*    19 isrtiticū *S*    21 ęgiptiaci *S*    22 aegiptici *R* ęgiptiaci *S*    25 mutata (*suprascr* con *m. rec.*) *P*    29 ostenderet esse quod uidebat *S*

Digitized by Google

H.

iubebat. Unda Niliaca rubratur in sanguine, pluuiales *abest F* guttae durantur in lapide, terrae puluis ulceratur in uulnere, animatur limus in ranis, cinis caligatur in nebulis, uentus crassescit in cynomiis ac locustis, perdit apud Aegiptios sua iura lux perenni in nocte damnata; migratur ab Hebreis nox triduano exilio religata. Illic tenebrae nec lucem admiserunt nec ipsae decesserunt, hic lux captiua perenniter praestitit et sua iura nocti non tribuit. Momentaneo etiam noctis interitu primitiua interimuntur Egyptica et agni sanguine inlita Iudaica tuta sunt limina. Et quid multis opus est: tandem ille princeps Israeliticum sitiens sanguinem rubriacis debriatus potionibus tumuit et aquaticae mortis innocentibus auctor marino coopertus uelamento dormiit. Posthaec nubes in ducatu praemittitur, mannae ros matutinum conpluitur, imber carneus contra naturam pinnigero guttarum stillamento dilabitur. Quae tua cle|mens bonitas, Deus meus; si pluuialis stilla decideret: *22* quando terra madidata conciperet, quando seges solis uaporatu candesceret, quando calamus maturitatem ceream excepisset; et ne haec esurienti tarditatem quampiam procurasset, esca parata dilabitur, mannae sapor, prout uoluntas exigerat, temperatur. Non opus est tritura molendi, non uaporatio disquoquendi: esca parata et caelitus missa, sola prandentibus mora aut uoluntas erat aut mensa; discit etiam uolucris pluuia non ut liquida poculis deseruire, sed dentibus mandenda succedere. Exaratur digito petra legalibus titulis mancipata.

---

9 *cf.* Exod. 12 11 *sqq. cf.* Exod. 14 14 *sqq cf.* Exod. 16 26 *cf.* Exod. 17

---

1 nili aqua *R* 3 ranes (*suprascr* a *m. rec.*) *P* 4 per*it *R* 5 sua iniuria *R* sua **iur*a *S* dampnata *RS* 6 relegata *S* 7 ipse decesser̄ *add m. rec. P* 8 praestitis *PR* p̄stitit *S* perstitit *Ho* momentano *R* 9 aegiptica *R* 10 lumina *P* 11 isrtiticū *S* 15 matutinus *S* confluitur *RS* ymber *R* 16 pennigero *S* 19 uaporata *R* caeream *R* cerealem *S* 21 delabitur *S* 22 exigeret *RS* 23 disquoquendi (c *suprascr.*) exca (s *suprascr.*) (*em m. rec.*) *P* discoquendi *RS* 26 dicito *PR*

H.

*abest F* Sed haec omnia human*i* similitudinem non carent ordinis; quippe dum iam aetate plenissim'a maturum hominum genus Aegyptiacae aetatis tenebras caruerit et primitiua peccata agni sanguine considerato necauerit, rubri maris aestu salsique animi tumore transacto dulcis sapientiae manna depascitur et legalibus praeceptis inbutus columna scientiae lucido ducatu praebente uiam uitae securam ingreditur et promissionum terram laborum dispendiis desideranter optatur. Igitur post Moysen eremi ducem et Aegyptiacum percussorem, dum nobis diuinus timor legis cognitione claruerit, statim a Iesu bono duce suscipimur, a quo etiam repromissae beatitudinis terram inducimur. |

*23*

## VII.

*abest G* Tricesimus humanae uitae annus obuoluitur librorum nostrorum uolumine disponendus, in quo quidem rationalia uitae instituta monstranda sunt fluctuantis aetatis ebullitionibus defecata, illum huic mundi conferens tempus, ubi iudicum dominatui dependebat Hebraicus populus. Ibi etenim Annae conceptionalis uiscerum carceratus perenniter torpor partificum perdiderat mercimonium, et sterilitatis neruo catenata natura bonae fecunditatis exul[t]at fermentum, quod et marcidulis coeuntibus uulua folliculis seminum liquores despueret et pulchritudo sterilitatis fuscata nebulo maritalem adfectum in odium uerteret. Instabat etiam ex aduerso sororis aemula creando fecunditas

---

11 *cf.* Deut. 31, 7   20 *sqq. cf.* I Sam. 1

---

1 humanis *PR* humana *S* humani *He* similitudine* *R* similitudine *S* 2 quidem *RS* tum *P* hominum *S* omnium *PR* 3 ęgiptiacę *S* tenebris *SR* (*ex* tenebras) 4 consideratione caruerit (*em m. rec.*) *P* 5 aestus *PR* 7 lucida ducatum *S* 8 promissionis *S* terra *SR* (*erasa linea supra* a) 9 optatur *medium* heremi *S* 10 egiptiacum *RS* 13 *subscriptio v. p. 134, 14* 16 rationali *P* (*em m. rec.*) 17 monstrā$^{d}$ta *S* 18 illud *S* conferens *part. absol.* 22 exultat *PR* t *del He* occultabat *S* 24 despuere *PR*

Digitized by Google

H.

et frequentibus conceptrix tumida puerperiis animum tormentabat adflictae consortis; sed ecce diuina clementia tristitiarum medelatrix interuenit et adflictorum salutare antidotum Deus non cessat adesse propitius. Accipit namque sterilis unam de sacrificiis partem et triplarum portiuncularum munere cumulatam infremuit maestificata sororem, et quamuis maritali animata solatio, inerat tamen ulcerulenta cicatrix zelotipo toxicata cauterio. Posthaec quantum doloris acredo dic|tauerat, sacrario templi prostrata internis fletibus ac secreto cordis aestuantis affectu caelestis portae assulam tacita clamositate pulsabat. Sed ecce ille indormitabilis medicus, cui non uocis admonitio, sed secretorum debetur inspectio, auris secreta admirabiliter pura, quam non instruit uerbale commercium, quam non latet secretale silentium, penes quem taciturnitas clamoso personat strepitu et conscientia quantumque obscura sit nescit celare secretum, adest sterilitatis aridae fecundator, oculorum lacrimantium desiccator, desideriorum concessor, dans uotum optantium et humilitates subleuans infirmorum. Ecce enim inter tam sacra admirandaque conmercia mulieris petentis et domini concedentis, dum dolens quae desiderat quaerit et dominus desiderata concedit, sacerdos interuenit et inconsideratione praepropera merorem mentis merulentiam credidit mulieris; sed dum scisset quod potandi non erat culpa, sed plorandi fuerat poena, exoptator etiam ipse causae iam factus est inpetratae et quia deus per se loqui noluit, sacerdotis ore quod promiserat confirmauit. Itaque Annae uisceribus incubans uernacula olim sterilitas forinsecus pellitur et fertilitas uuluae domicilium ubi numquam interfuit habitare iubetur. Discit mater esse quod

Marginal notes: *abest G* (line 1); 24 (line 9)

19 *cf.* Ez. 21, 26

8 zelotypo *RS* 10 $\overset{d}{\text{a}}$fectu (d *suprascr m. rec.*) *P* 11 asulam ∞ *suprascr* ł clausulā *S* assulam *Plasberg* 12 ille *om P* 16 quantūcūq; *S* 19 obtantium *PR* 20 conmertia (*suprascr* c *m. rec.*) *P* commercia *RS* 21 quae] quod *RSP*, 23 memorem *R* 28 uernaculā *S* sterilitas — fertilitas 29 *om S*

H

*abest G* non nouit, et fecunditas cum sterilem nouum conmercium nundinauit. O fletus concipiens et oratio pariens obsecratione flebili maritante: in templo filium concipit, quod in lecto maritum amplexibus coiens non inuenit. Apparet itaque nihil esse de naturae munere praesumendum, ubi diuinitatis cessat auxilium. Sed ecce qualem supplicantibus *25* dare oportuit dominum prolem, talem natiuitas con|tulit Samuelem; ex templo petitus, de templo conceptus, templo etiam traditur seruiturus; placet Deo moribus, cui ante placuerat nasciturus. Iam enim sacerdos displicebat in filiis et male parcendo suboli non pepercerat sibi; omnis enim qui frequenter indulserit multas culpas adquirit et qui particulae ruenti non suffulcierit, totum quod sanum est secum trahit. O diuina secreta admirandaque iudicia, quae quantum clementia contribulationes dum commodat, non habet modum, tantum dum peccatorum incursu succenditur, percussionis non est remedium; quippe duorum errantium culpa nec arcae testamenti parcitur nec milium innocentum interitus temperatur. Tantane duorum hominum exundauerant scelera, quo et sacra sanctorum contaminationibus incircumcisorum polluenda perducerent et populorum nihil tale peccantium copiositas innumeranda succumberet? Sed diuinitas, sicut in mundi opere laboris non fuit incapandam uniuersitatem efficere, ita nulla detrimenti cura est unius culpae intercidente incursu mundi partem absumere; neque enim ut sibi utilem bonum quaerit aut ⟨*ut*⟩ suis utilitatibus aduersam malitiam punit;

---

10 *cf.* I Sam. 2

---

1 sterile *R* sterilitate *S* conmer$\overset{c}{t}$ium (*suprascr m. rec.*) *P* commercium *RS* 4 mariti *S* 5 nichil *S* 8 samuhelem *RP₂* 11 soboli *RS* 14 iusticia *S* 15 quae] quia *He; aut constructionem mutavit* contribulationes (*deleto* la) *P* contributiones *RS* 18 archę *S* 20 exundauerat *R* 22 nichil *S* 23 diuinita$\overset{ti}{*}$ *S* *constructionem mut.* 24 in capandam *PR* in creandam *S* incapabilem*?* incapiendam*? He* 26 utile *S* 27 ⟨ut⟩ *He*

H.

sed utique quaerit bonos pro *s*e, punit malos pro se; nam *abest G* ut euidenti rerum manifestatione consideres, potens est in . . . . malorum finem secundae mortis punitione damnare et bonorum inmerentem exitum perpetuae uitae commoditate ditare. Denique cerne quod quamuis testamentalem arcam ipse captiuitate damnauerit, ultionem tamen nequaquam in contaminatoribus temperauit. Inicit po|dicibus *26* tumentia uulnera, ulc*era* putredinis uirulentia toxicata. Redibetur cum praemio facinus et uictoria aduersariis leta poenale fit scelus. Carent tormentaliter heiulantes quod laeti inuaserant triumfantes et illud quod putabatur corona uictoriae, tormentalis ultio facta est poenae; quaerit remedium, quo iure quod uicerat careat, et tormentum putat, si possideat quod praedarat. Dat dotem suo damno uitulas cum uehiculo, format ex auro et poenam et locum et suae uictoriae cruciatu staurat interitum. Redit arca pereuntibus aduersariis quae perierat cadentibus suis. Qualis in Deo ira quae nec sibi pepercit, qualis uictoria quae *non*nullo ante triumphans de hostibus redit. Cerne itaque secretum Dei iudicium; hic puerilis adfectatur infantia, illic senilis damnatur socordia; hic e somno Heli elicitus nuntius praemandatur et sacerdos promittitur, ille accepto nuntio exanimis ex cathedra propellitur et eius posteritas perenni sacerdotio repu*ls*atur. Huius itaque uniuersos temporis ordines sequi ualde prolixum est. Quid enim memorem tam flexuosam rerum obuolutarum histo-

5 *sqq. cf.* I Sam. 4. 5. 6 21 *sqq. cf.* I Sam. 3

1 pro te ∞ pro se *h. e. ipsorum causa He* 3 in *om S reliquias esse puto adiectivi* dampnare *RS* 4 inmentem $P_1$ commoditare $P_1$ 5 uis *om P* 6 archam *S* dāpnauerit *S* 8 ulce *PR* ulcus *S em He an ortum ex* $\overset{\text{ulce}}{\text{uulnera}}$? 10 carent eo *S* hieiulantes *P* eiulantes *S* 11 triumphantes *RS* coronae *P* 13 $\overset{\text{quod}}{\text{p}}$ uicer$\overset{\text{a}}{\text{ẹ}}$t *P* (*m. rec. em*) 14 praedatus fuerat *S* dāpno *S* 15 uitalis $P_1$ 16 archa *RS* 19 nullo *PR* in nullo *S* nnullo *He* 21 đnat̃ (*in marg* dāpnat̃) *S* Heli *dativus aut delendum* 22 illic *S* 24 reputatur *PR* repudiatur *S* repulsatur*? He*

Digitized by Google

H.

*abest G* riam, ubi excipit Samson inuincibilem criniti muneris palmam, dum leone fortior, ferro durior, solus etiam milleno hoste superior Dalilae superatus mollescit amplexu. Quos non uirtutum muros libido prosternat, quae Nazareo et diuini muneris comam abscidit et priuatum lumine tenebris exulauit et quibus ante timor fuerat ludibrium reddidit. Omitto et Manue filium diuini nuntii enuntiatione conlatum, quem mater non petitum suscipit, pater obser-
*27* uandum ad | monitus expauit, Israel subitum defensorem promeruit, Filisteus etiam interfectorem inuenit. Prosternuntur trecentis milia milium, et discit belli uictoria urceo triumphare, non ferro.

Quid uero haec omnia humanae uitae conpetat statui, demonstremus. Nonne in tricesimo quinto humanae aetatis anno res uertitur? Filiis laboratur; ut nunc quosdam in laetitia parentum natos ut Samuhelem inuenies, nunc etiam ut Ophni et Finees non solum in patris quantum etiam in filiorum detrimento repperies. Ad uero matrimonii ordines — quantas sterilitas damnat et forma conmendat, alias ornat fecunditas, maculat foeditas. In omnibus laudanda est diuina temperies, quod et tristitiae ex parte praebet solatium ne plus consumat et superbiae modum temperat ne plus adsumat.

## VIII.

*abest H* Praeteritus liber iudicum instituta moresque digressus sequentis libelli ordinem peperit, in quo regnorum status cursusque principum gradatim a nobis disponatur necesse
*28* est; illic namque solita callositatis duritia cotur|nata Iudea asperatas in proteruitatem ceruices erigit et Deum pro-

1 *sqq. cf.* Iud. 14. 16 7 *cf.* Iud. 13 11 *cf.* Iud. 7 28 *sqq. cf.* I Sam. 8

4 nazareos *R* 5 priuato *RS* 8 obseruandus *PR* 9 subditum *R* 10 philisteus *RS* 13 uitae *om PR* competant *S cf. p. 147, 8* 15 laboratur — ut 16 *om S* 17 ofni *S* 18 reperies S at *RS* 19 quanta *S* dāpnat *S* 28 solitę *S*

Digitized by Google

H.

uocare in suis malis operibus non desciscit; nam Samuelem adgressa regem sibi postulat adibendum et ab illis *u*manus quaeritur principatus, quibus turpe fuerat ut illis rex fieret Deus. Ergo postquam Samuel sacratus antistes Deo popularem perduxit adfectum — licet nulla sit internuntii indigentia qui abstrusa nouit rimari secreta, tamen ordo exigerat ut sacerdotem Deus instrueret, quo populi adfectum aut sperneret aut impleret. Sed ecce paternorum iumentorum inquisitor oberrans asinas quaerit et regnum inuenit et cui Israelitica fuerat summa uirtutis, pecus quaerendo uilissimum etiam ipse fuerat uilis. Quanto aliud melius praeparabat diuinitas quam quod Saulis laborante*r* quaerebat indignitas. Igitur sacerdotem inquisiturus adgreditur et iumentorum deperditione tristatur. Sed sacerdos non asinarum fugam, sed regni porrigit gratiam. Sperat se patri redditurum quod perdidit et repperit quod pater aliquando nec abuit nec sperauit. Denique cornu illud diuina censura sacratum, in quo et regni enteca ebulliens parturibat et sacerdotale misterium diuinis aestuationibus nuptiabat, pro*f*etam testem foederis allicit et insperato capiti fermentum diadematici germinis inrorauit, et ne sola esset mundana conlatio, ante profetare didicit quam regnauit. Denique indicabat electionem diuinae prouidentiae inormis status et quantum maiestas de regni qualitate succreuerat, tantum proceritas mensura omnibus eminebat. Denique donec diuinae praeceptionis norma serua|ta est, et regni eius maiestas effloruit et *29*
uictor de *o*stibus triumfauit. Sed ecce inobedientia, totius

*abest H*

8 *sqq. cf.* I Sam. 9 18 *sqq.* I Sam. 10

1 desistit *R* samuhelem *PR* 2 adhibendum *RS* humanus *ω* 4 samuhel *PR* 5 produxit *S* 7 qui *R* 10 israhelitica *PR* summa ⟨destinata⟩? *He* uirtus *R* 12 studio Saulis *S* 13 laborante *ω* -ter *Plasberg* indignitas *S* (*ex coni.?*) diuinitas *PR* 17 habuit *RS* 18 cornu *om R* 19 parturiebat *S* mysterium *R* 20 nuntiabat *RS* prophetam *ω em He* 22 prophetare *PS* 23 regnare *S* 24 enormis *S* 25 *ex* proceritatis mensuram omnis *eff.* proceritas mensura omnibus *S* 28 hostibus *ω* triumphauit *PS* ecce *om S*

Digitized by Google

H.

*abest H* bonitatis nouerca, quae cuncta bonorum operum a mundi principio didicit exstirpare fundamina, sicut in alios, ita etiam Saulis inuida principatum obsedit et sicut primum caelesti regno exulauit diabolum, deinc mundi nouellum suo paradiso Adam efficit peregrinum, postea Faraonis inpetus et Aegyptiacos currus rubriacis debriatos interfecit liquoribus salsaque potionis madefactos crapula infernalia inuitauit ad prandia, [sic] Saul quoque et adipatae gregis laqueatum adfectu et taurorum pinguium muscipulatum adpetitu regno expulit, morte damnauit et quod duplo deterius, Pitonici spiritus consultorem unctum domini supplantauit. Quid etenim opus fuerat parcere regi aduerso? An parcendo clementior uideri poterat Deo? Sed quae sunt ista tua, Deus, secreta misteria, in quibus *u*mana uaccillat ignorando natura. Inimicus erat Agag domino, inimicus etiam et Saul factus fuerat Deo; parcit Saul Agag regi et displicet Deo, parcit Dauid Sauli et complacet; ille regnum ueniam dando perdidit, iste regnum ueniam dando promeruit. Aut in utroque damnanda erat super Deum benignitas aut in utroque placita bonitas. Sed nilominus in Saule praedae adfectus inerat ut seruaret aduersum, et non tantum benigne placere subdito uoluit quantum praedae affectus interfuit; quod in Dauid patientiae bonitas inerat, non regnandi cupiditas [erat]. Denique inspice quod Dauid Deo ultionem parcendo seruabat et Saul Dei ultionem male parcendo contemserat; Saulem enim Deus suae iniuriae elegerat uindicem, et Dauid Deum
*30* suae | iniuriae quaerebat ultorem. Ideo ergo unus bene

---

3 *sqq. cf.* I Sam. 15  11 *cf.* I Sam. 28  17 *cf.* I Sam. 24

---

2 extirpare *S*  4 dehinc *S*  5 paradisi *P*  Pharaonis *PS*  6 ęgiptiacos *S*  rubruacis *P* rubrum aquis *R*  7 salsaeque *RS*  8 sic *om PR*  adipati *S*  10 dāpnauit *S*  duplo est *S*  11 fitonici *R*  phytonici *S*  spiritu *PR*  consultore *P*  14 mysteria *R*  humana ꝏ  15 uacillat *RS*  domino Agag *S*  16 etiam *om S*  deo fuerat *S*  20 super ꝏ *h. e. quae superat Deum* per *Ho*  21 nihilominus *P*  nichilominus *S*  22 subdito placere *R*  24 erat *om PS*  26 contempserat *RS*

Digitized by Google

H.

parcendo erigitur, alius male parcendo deicitur. Et quid *abest H* pluribus: Surgit Dauid in regnum sui domini famulus, in principatum pastor uilissimus, patronus fratrum omnium minimus; ammonito pastoralem audaciam, eruta*m* leonum mandibulis praedam; Goliae etiam aerata cassis fundae rotatu stridulo perforata, dotalibus etiam titulis centum Filisteica collata praeputia. Quae tua in is, Deus, admiranda sunt dona; excedunt etiam modum credulitatis quaecumque larga bonitate concesseris. Paruulus leonis fit praedo, nudus uictor exultat armat*o*, pastor triumfat ex genere giganteo, solus centeno coniugem dotat praeputio, seruus sui domini succedit in regno. Quanta in is tua superabundans gratia, domine Deus meus, quantum in is iterum mortalium ex aduerso reluctat occursus. Das indignis quae non debes, non recipis pro praestitis gratiarum actionem quam debes et recipis ab ingratis contumelias magis quas non debes. Erigis ex stercore pauperem, ut sedeat cum principibus; das triumfum in gentibus, das potentatum in ciuibus, et tamen adulter omicidii sociatur scelus. Feruet aduc innocentis cadauer interfectum in proelio et glandula libidin*os*i adulteri alieno grassatur in lecto; tot et tantarum non dicam maritus, sed admissarius coniugum unicum pauperi subripit matrimonium. Nullane animum libidinantis consideratio temperauit, non diuini ordinis augmentus aut praemium, non regale propositum,

2 *sqq. cf.* I Sam. 16. 17  17 *cf.* Psalm. 112, 7 sq.  19 *sqq. cf.* II Sam. 11

4 admonitus *S*  eruta *ω em He*  5 praeda *S*  erat a castris *PR*  funder$\overset{o}{a}$tat$\overset{u}{o}$ (*em m. rec.*) *P*  7 philisteica *SP* (*em m. rec.*)  in *om PR*  his *S*  10 armatus *ω* -to *He*  triumphat *SP* (*em m. rec.*)  11 gyganteo *S*  13 his *S*  superhabundans *S*  14 his *S*  dans *R*  15 non recipis — quam debes 16 *om S*  16 et recipis — quas non debes 17 *om P*  17 pauperem ut sedeat *om PR*  18 triumphum *SP* (*em m. rec.*)  19 adulterio *S*  homicidii *RS*  20 adhuc *RS*  cadaueris *PR*  21 glandina *PR*  libidini *PR* libini *S*  libidinis *Ho* libidinosi *Plasberg*  22 et *om PR*  25 augmentum *S*

Digitized by Google

H.

*abest H* non pluralitas coniugum, non uerecundiae quod maius est turpe fraumentum. Et tamen quanta in is omnibus diuina admiranda clementia, cuius modum nec dicendo explico
*31* nec amplexando saturor. No|luit ut iustus peccatum inultum dimittere; nouit ut pius in animam uindicare; admonendo conpellit ad poenitentiam, damnat temporaliter in substantia, ut in perpetuo temperet poenam; excipit in suo coniugio quod alieno ingesserat matrimonio et ubi plus* et doloris esset et criminis, filius ultor paterni factus est sceleris; ut ˙sicut seminis titillamento in libidinis exarsit incendium, ita sui seminis timore percussus fugiendo destituit regnum teste sole perpessus quod admiserat aliquando secretus. Sed, Deus meus, quid oc sibi uult tam secreta iterum tui iudicii dispensatio? Cur maculosi criminis suboles successu paterni fruitur regni? Numquidnam oportuerat ut aut Be*t*sabe tam turpissimi sceleris fuscedine maculosa se regnante filio reginam aspiceret aut Salomon adulterinae uuluae contagione turpatus aut aedificandi templi meritum caperet aut sapientiae tensauros indagaret aut paterni regni successor ac potentior fieret? Cuius igitur patris? Alieni concubitus peruasoris, alieni sanguinis effusoris, ubi nulla legitima tori coniugia, nulla iuridica sponsalia, sed mortalis conscripta epistola adulterii fuerat lena et peruasio paranimfa; sed diuinitas fecit quod decuit, gratuitam misericordiam contulit, peccantibus ueniam relaxauit, [et] quia semper bonus est, etiam malis bona concessit. Sed uide quia criminis filius crimen incurrit et adulterinum germen non bono termino con-

---

4 *sqq. v.* II Sam. 12 7 *sqq. v.* II Sam. 16 18 *sqq. v.* I Reg. 2—6

---

2 turpe fragmentum *S* temperamentum *Ho* diuina est *S* 4 iustus *om P* ut iustus *om R* peccatum ut iustus *S* 5 demittere; noluit *S* 6 dāpnat *S* 7 perpetu$\overset{o}{ą}$ (*em m. rec.*) *P* 9 esset et doloris *S* 10 ut] et *S* 13 hoc *RS* 15 soboles *RS* 16 bersabe *P* bechsabeę *R* bersabee *S em He* 17 maculosā *S* 19 merito *P* thesauros *RS* 20 ac] aut *S* 22 in illa *P* thori *RS* 23 epistula *RS* 24 fugierat (gi *expunx m. rec.*) *P* paranimpha *S* 25 docuit *S* 26 et *om PR* 28 adulterium *R*

Digitized by Google

H.

summauit. Licet ab isopo usque in cedros Libani disputet, *abest H* licet austri reginam suam sapientiam admirantem exspectet, quamuis templum ineffabile construat, spiritibus iubeat, prudentia confluat, iudiciis calleat, diuitiis fulgeat, auro ruti|let, gemmis ardescat, tamen caracteriauit in uita *32* quidquid insitum traxerat de natura et libidinis cauterium genuina feculentiae inustione signatum uitae picturauit in regnum. Factus itaque concubinalis exercitus incubator, matronalis populi adsecutor, adulescentularum gregibus pastor, alienigenarum contra interdictionem amator et quod omnibus deterius est gentilium deorum in senectute iam non prudentissimus, sed inprudens cultor. Quid ultra referam tot regum ruinas, tot criminum scelera, tot transgressionum facinora, ut Acab alienae uineae auarus inuasor *ae*qualem culpae sustinuerit poenale iudicium, et quamuis diuini miraculi oculatus testis extiterit, dum ardentia caeli fulgora et rotatos sacrificii ignes Elias in testimonium uerae deitatis extorsit, denique lucicolum sacerdotum interfectione perpetrata, relegata triennali exilio nubila profetico in momentum iterum redduntur imperio et quidquid arida sterilitate exaustum siccauerat, imber regressus uiridanti germine reuestibat, — et tamen dum tot ac tantis manifestantibus testimoniis doceretur, Iezabelis tamen uirulentae persuasionis nocturna coniugis uenena sorbebat. Sed ecce diuina uindex dextera in idolorum

---

1 *cf.* I Reg. 4, 33  3 *sqq. cf.* I Reg. 6—10  8 *sqq. cf.* I Reg. 11  14 *cf.* I Reg. 21  18 *sqq. cf.* I Reg. 16—18

---

1 ysopo *RS*  3 spectet *S*  4 affluat *S*  5 caracterauit *S* caracterizauit? *He*  6 quicquid *RS*  cauterio *S*  7 genuina^q; *S*  uitam *S*  8 utique *S*  9 adolescentularum *RS*  10 alienarum *RS*  13 regnum *P* (*em m. rec.*)  14 achab *S*  15 et qualē *PR*  et quale *S em He*  17 fulgura *S*  helias *S*  18 lucicolarum *S*  19 trienniali *P*  20 pphico *S*  momento *S*  21 quid *R*  quicquid *S*  exhaustum *S*  ymber *R*  ⟨sol⟩ siccauerat? *He*  23 achab doceretur *S*  iezabel licet *R*  zezabelli cet *P*  iezebelis (a *superscr.*) *S*  24 coniug. noct. uirul. persuas. uen. *S*  25 diuina *om S*

II.

*abest H* cultricem reginam inueitur, et porcinis deuorat*a* mandibulis in stabuli sterquilinio dispersa perspicitur.

Ergo quia regum omnium subsequentum facinora libri modum excedunt, ex ac paruarum causarum similitudine quis non umanos actus consideret, quantum et remuneretur bonitas et condempnetur malitia. Illud ergo quilibet efficiat, quod se in utroque percepturum sperat. |

*33*

## IX.

*abest I* Sequens rerum gestarum ordo expostulat causae tenorem non perdere saeculo nunc usque currente seruatum; nam et ultra excedens quadragena aetas nostrorum uerborum uolumen exspectat, quo suae causae termen conclusum adgaudeat. Oportet ergo nos hoc tempus exponere, quo penes Hebreos Machabaeorum ducum gerebatur excursus. Cernens namque Deus peccatorum perfectam populo oberrante mensuram, dum Gezabel lucorum sacerdotes Deo praeponeret et Manasses mordaces serrae dentes prophetarum corpore cruentaret et templo non deorum quam demonum formas adduceret, furore succensus extorres suo regno propulsat Hebreos, et quo modo exteros deos adorandos optauerant, regnorum quoque externorum exules angulos oberrabant. Namque Nabuzardan coquorum praefectus, quo mage exprobramentum esset pugnae ac dedecus, ut sacer populus magnorum regnorum excelsus coquum pugnantem non posset ferre substratus, — hunc ergo
*34* Nabuchodonosor armato praeponens numero | regem Hebreum oculorum decore fraudatum ferroque nexum cum

1 *sq. cf.* II Reg. 9 17 *cf.* II Reg. 21 Ascensio Isaiae ed. Dillmann p. XVI Tert. de pat. 14 22 *sqq.* II Reg. 25 Ierem. 39

1 inuehitur *RS* deuoratam *ω em He* 2 prospicitur *S* 4 hac *RS* 5 humanos *RS* 12 expectat *R* terminum *S* 15 perfecta *PR* 16 oberrantem *P* aberrante *Ho* zezabel *P* iezabel *S* 17 per mordaces *S* *ex* sereddentes *postea eff.* se re dentes *PR* 18 corpora *S* et templo — adduceret 19 *in marg al. m. P* non tam *S* 19 demonē *P* induceret *S* 21 exterorum *S* 22 nabutzardan (dan *ex* do *eff. m. rec.*) *P* p̄fect⁹ *del. et in marg scr.* p̄fectū *S* 24 quodcum *P* quo*cum *R* 26 hebreorum *S*

Digitized by Google

H. *abest* 1

suo exulat populo, deturpatum templum depraedat, sacrum altare conmaculat, arcam quoque foederum uerendarum tabularum lege sacratam pagano lustramento profanat, uasa quoque aurea, quae, reuerendo pro usu sacrorum effecta, facta sunt merulento barbarorum potu polluta. Sed ecce sacrata dextera consuetum non cessat praerogare solamen; Machabeos namque septem claro genere praesumptos admodum fratres armat ad bellum ostendens ut quod peccator totus cum suo rege facere non poterat populus, hoc paruus Deo fauente perageret numerus. O quam praecelsa sunt tua, Deus, atque stupenda secreta. Peccator populus pugnantem sustentare non potest coquum et regem suum contradet ocecandum; ad uero Deo grata gens paruula Machabea totum Nabuchodonosor aduentante pondus non solum reluctando sustentat, quantum et corruente prospere superat, notans persequentem Hebreum, quem antea uelut neglectum despexerat, suo effuso cruore praelatum, quorum regem dudum adduxerat et ferro nexum et oculo perforatum. Cognoscat ex hoc humana natura nec aduerso cedere Deo fautore nec tempestate ut ante monstratum est. Betul*e*am amplam Hebreorum urbem omne uastato terrarum excursu dux Holofernes obsederat et murorum temptans ascendere aggeres armato clausos terrore pressabat. Erat namque ante oculos populorum certa de morte captura et fames exesa conrodens corpora uacua monstrabat ambulantum cadauera. Non fletus

---

7 *sqq. cf.* Machab. I 2 sqq. 21 *sqq. cf.* Iudith. 2 sqq.

---

1 der̃batū *S* 2 archam *RS* foederis *S* 3 sacratum *PR* ꝓphanat *S* 4 quae *om S* sacrorum *om S* 5 effecta ⟨sunt, profana⟩ facta *He* 12 sustinere *S* 13 contradit *S* contradunt *Ho* obcecandum *RS* at *RS* 14 tantum *S* 15 corruentem *S* 16 *sq. locus corruptus videtur* 18 abduxerat *S* ferrum *R* 20 aduersa *S* factore *S* tempestate *loco dativi* 21 uetulam *PR* Betuliam *S* -leam *He* 22 olofernes *RS* 25 de morte *h. e. mortis* famis *PR* 26 ambulatum *R*



Digitized by Google

H.

*abest I* supererat oculo, non humor palato, non succus membro; *35* genua possederat tu|mor, ora conseruerat pallor et gressus catenauerat marcor, quo mortua membra tantum sepulchro fraudata solum loquendo mundanum crederentur habere mercatum. Fames domorum secreta peruaserat, mors portas obsederat, Olofernes agros prataque uastabat. Quam ergo salutem oppressus aut speraret aut peteret, dum mors agro domoque uagabunda regnaret? Sed ecce matronarum decus, casta puella, claustro murorum egressa salutem populo conlatura profertur, uultus decore armata, morum pudore praesumpta, deo conpulsante succensa, Oloferneum caput processerat furatura. Errabat namque totum secura per campum, regem laqueo postulans praefocandum. Quo reperto praebet blandum astuta sermonem, garrula uultum adultero seductorem. Adstat contra, oculorum captura, amor damnosus et mortalem laqueum praeparans uultus. Sed ecce rex potando lassatur, calore torretur, bractatur mero, quo madefacta guttura praebeat ferro. Ecce autem repente dum nulla uox ex aduentu pugnantum, nullus cruor emanat percussorum et tamen pugna nocte confecta est, caput pera gestatum est, matronale tropeum peractum est, regale thorum perfectum est, facta est una puella Hebreorum salus, fuga Persarum, perpetua nunc usque fabula saeculorum. Sed hoc proelio nulla uox ex aduerso pugnantum, nullus cruor emanat percussorum et tamen caput pera gestatur sola nocte adtestante sublatum. Decora namque forma tantum *ex*ce*ll*entum operum fuerat lena, quae caput a corpore segregatum, salutem lugentum ad-

---

1 sucus *RS* 5 famis *P* perseuerat *R* 8 agros *P* 9 uasta *R* 15 seductore *P* contra] coram *S* 16 dampnosus *S* 17 b∗ac∗at̃ *S* 19 aduento *P* aduerso? *Plasberg* 21 caput — 22 perfectum est *in infimo marg add m 2 P* tropheum *RS* *ex verbis sequentibus additum mihi videtur:* [nulla uox — caput pera gestatum est] 22 torum *S* 24 proelio ∞ *quia i abesse iubetur m. 2 eff.* bello *R* 26 adstante *R* *interponendum post* et tamen: ⟨pugna nocte confecta est⟩? 27 scelentum *PR* silentū *S* excellentum *He* 28 ad salutem *S*

H.

tulerat populorum. Hoc quoque non duco transeundum *abest I* quod He|breorum pro salute captorum consolator deus 36 erexerat Mardocheum. Nam Hester ad regnum exoptata Ebrea, suum populum saluatura, Mardocheum auunculum elatura, Aman quoque prostratura, obt⟨*emper*⟩at. Sed quae sunt haec tua, Deus meus, clara admodum pauendaque secreta. Rex namque apud suam momento deplacatur consortem et sceptrum extendens conruentem pauen*tem*que solatur uxorem. At uero Aman pene regno collega et secretorum autenta repente regem pauet aduersum quem putabat susurro pro sua uoluntate ludendum. Nam ecce repente Mardocheus futurae poenae damnatus equo Aman leuante praefertur: ad uero econtra Aman crucem nocte praeparat, crucem alburnus exspectat.

## X.

Transacto igitur Iudaicae cursu historiae, quem quidem *abest K* continuis decem litteris reseruatis ab orbe condito usque in hanc aetatem digerendo perduximus, cuius principium sicut propitia diuinitas operando extitit, ita irata terminum contulit — ergo gentiles adgressurus historias, quas nunc a momentaneis garrulitatibus fortuna prosperior subleuat, nunc irata sup|plantat momento usque in abyssum uergens, 37 si quos successu prospero usque in caelum perduxerat, — exhinc ergo sumemus initium, quo Iudaici regni perduximus terminum. Postquam enim Babylonico captiua Hierusalem successit imperio et alienis deseruiens idolis a Deo suo fornicata alieno etiam captiua deducta est regno — pertulit enim sui poenas sceleris et male seminatos

1 *sqq. cf.* Esther 1 sqq.

4 hebrea *RS* 5 obtat *P* optat *RS* obtemperat *He* 6 parendaque *PR* 7 in momento *S* 8 consorte *PR* pauensque *R* pauens *PS em He* 10 regem *om R* 12 dāpnatus *S* 13 leuante *om R* at *RS* 14 exspectet *P* 16 hystorię *R* 20 aggressus *S* hystorias *R* 21 momentanis *PR* 22 abissum *S* 24 quo* *R* quod *P* quoad? *Plasberg* 25 babilonico *S* 26 ierlm *S* 27 deducta est captiua *S*



Digitized by Google

H.

abest K fructus amarissimos sui comedit erroris —, tamen tam diu Babylonia fermentum suae potentiae tenuit, donec diuini populi templique dominici saporem praedae toxic⟨*at*⟩um degustauit statimque cum propriis abortiuit quicquid ex sacratissima praeda auidior transuorauit. Fuit enim illa Israhelitici uindex sceleris, tamen uae illi qui flagellum eligitur malis; et sicut Hierusalem suas deflet reliquias toto orbe dispersas et nullatenus usque in hodie redituras, ita Babylonia cum alienis etiam suas aborsa est pereundo diuitias. Ea igitur tempestate fortuna quodam a*e*stu turbulentiae grauidata in paruo Macedonum regno clarissimum peperit nefas. Namque Alexander dubia sub opinione Philippi Macedonis filius incerti patris crimine maculatus exsurgit. Quidam enim ferunt, Dictanabo uaporante libidinis, clandestino Olimpiada magico conpressisse figmento, alii quod draconis squamifero fermentante conplexu uirulentum ediderit grauidata puerulum. Sed quid his opus est: ex quo Philippi in hoc negotio uacillauit auctoritas patris, nulla nominum inuentio opus est ad ornandum adulterium genetricis. Habere enim non dicitur uirum cui suppetunt multa nomina maritorum. Hic ergo quam-
*38* uis patre tyrannice crudeliterque | regnante ampliatum Macedonum regnum susceperit, tamen ultra mundi terminos aestuans insatiabile imperium protelauit; non contentus in id quod pater crudeli tyrannide peruaserat, sed mundum sibi breuiorem aestimans ultra saeculum aliquid exquirebat. Et primum quidem Babilonicum regnum arripuit mille annorum dominatu fulcitum, tot triumphis ac totius

12 *sqq. cf.* Iul. Valer. I 2—6

1 terroris *P* ∗ erroris (*eraso* t) *R* 2 babilonia *S* 3 toxicum *ω* toxicatum *He cf. p. 34, 3* 4 abortuit *R* quiquid *P* quicquic *R* 5 aluidior *P* 6 isrl̅itici *S* 7 ierusalem *R* ierl̅m *S* reflet *PR* 9 babilonia *S* 10 astu *ω em Ho* 11 prauo *R* 13 phylippi *R* 14 fuerunt *P* dictanabū *S* uapore *S* Nectanabum uaporante ⟨ardore⟩ libidinis? *He* 15 olimpiadā *S* magno *S* 20 genitricis *S* 22 tirannice *R* 23 machedonum *P* 24 contemptus *R* 27 babylonicum *R*

Digitized by Google

H.

orbis uictoriis enthecatum. Illuc etenim et Israhelitica *abest K* confluxerat gloria et Aegyptiaca olim famosa conmigrarat potentia, illuc Spartana, illuc Athenaica atque insuperabilis uirtus deuoluta cesserat Scytica. De quo regno a uicies milies centum octoginta milia tribus proeliis cesa feruntur nec tamen tantae cladis sensit Babilonia detrimentum. Quis ferat haec, domine Deus meus, totius orbis ineffabilis conditor. Deficit supputatio morientum in numero: aerumnae locus *P*artiaco non paruit regno. Si inaestimabile est quod una prouincia perdidit, quis tua, orbis, opera sufficiens enarrabit. Igitur Alexandri rapidos regnandi ad cupiditatem animos tantae inmensitatis multitudo non terruit, sed indubitanter pugnam insperatam arripuit, et insperato uictoriam dubitatam inuenit. Uincit in paruo quibus sufficere non poterat numerando; superat effugatum, sequitur fugitiuum, inuenit uulneratum aureo catenarum ligamento constrictum. Praebet inanem misericordiae sepulturam illo; filias etiam quas sorores ..... Iuste quidem ille uitam perdidit, regnum amisit, qui maternum uiolans sacramentum suum se maluit esse uitricum, patrem etiam germanarum; nec puduit illuc partem turpissimam libidinans obicere corporis, unde pri|mum prodierat imago *39*
nascentis. Post haec regni etiam Persici uictoria non contentus, quo totius mundi confluxerat dominatus, qui posset et uniuersas auaritiae saturare uoragines — et nihil ultra post hunc quaereret qui etiam aliquando saturari non posset —, tamen Indicos fines ante cuiquam inaccessos sollicitat et ignotos nostro saeculo fines ardenti

18 *cf.* Oros. III 16, 9

1 enim *RS* isrlitica *S* 2 ęgiptiaca *RS* 4 schithica *R* scytica (h *add m. rec.*) *P* scitica *S* 5 cesa *S* tera *PR* 6 Babylonia *R* 8 morientium in innumero *S* 9 sparciaoo *PS* spartiaco *R* Partiaco *He cf. p. 169, 23* 11 regnandi *in marg S* 14 ex insperato *S cf. 155, 21* impugnando*?* in praelio*? Reifferscheid* in paruo *sc. temporis an* numero paruo*? He* 20 uictricum *PR* 21 libidinantis *S* 25 saturitate *R* ut *Reifferscheid* 26 satiari *S* 28 saeculi *R* saeculiș (s *del. m. rec.*) *P*

Digitized by Google

H.

*abest* K cupiditate penetrat. Et primum quidem feras in aciem belli propositas statuarum aere succenso debilitat et ignitis amplexibus rabidas fugat. Post haec Poro Indico rege captiuo Fasiacas primus inuadit latebras. Illic aurum fastiduit Macedo qui saturari non potuit toto orbe possesso. Dehinc nudos Bragmones, exustos Eoas, Foebeos Passadras, Caucasii montis incolas, Drancas et Uergetas, Hyrcaniae populos, Corasmos et Daas, Ocionitidis quidem Amazonas ut ferus adit, ut inportunus prouocuit, ut praedo peruasit; incognitam quoque saeculis Meroen et ultra Sieneticos uapores Falernis liquoribus ruptuantem inpatiens penetrat; Candacen Aethiopicam, quamuis praeceps, non tamen securus, sollicitat; Atlanteas Niliaci liquoris diffusitrices cataractas intrepidus exspectat. Quid dicam pertemtata Maeotide inertes thirofagos, asperos antropofagos, nudos etiam ictiofagos lacessisse. Solis quoque ac Lunae loquentia nemora regis ipsius interitum praedicantia laboriosus inuestigator accessit. Et quid pluribus: nulla secreta mundi misteria, nulla gens abstrusis terrarum angulis exulata, nulla Oceani semotior insula Atlantei marginis aestu roriflua, quae non Alexandrum aut dominum timuit aut repentinum expauit aut praedonem in-
*40* uenit. Quisnam est, domine Deus meus, | hominum tam inconsideratus appetitus. Lassatur peragrando mundus, non erat iam quod humanis ostenderet oculis, et auaritiae

---

6 *cf.* Iul. Valer. III 10 7 *sqq. cf.* Oros. III 18, 5. 7. 11

---

1 propositas in aciem belli *S* 3 p*ro (o *eras*) *P* pro *R* rege indico *S* 4 fasciacas *R* phasiacas *S* Prasiacas *Reifferscheid* inuasit *S* illuc *PR* 5 fastidiuit *S* 6 bracmanos *S* Eoos *Reiffersch.* 7 caucasi *S* Euergetas *Reiffersch.* 8 Ocionitidis] Sogdianos . . . que idem? *Reiffersch.* 9 prouocauit *S* 10 sienicos *S* 11 eructuantem *S* 12 candacē *S* 13 athlanteos *R* athlanteas *S* niliacis *PR* 14 expectat *R* spectat *S* pertemptata *R* p̄temptata *S* 15 inhertis *R* thirophagos *S* 16 nudus *P* lotiophagos *R* 17 p̄dicentia (e *ex* a *eff.*) *S* 19 mysteria *R* 20 exuolata *R* exuoluta *S* athlantei *R* 21 *ad* roriflua *suprascr* fuit *ead. m.* *S* 25 sed *Reiffersch.*

Digitized by Google

H.

non saturatur affectus. Paruum est uisu quaerenti Alexandro *abest K* quod fecisse suffecerat Deo; posset et in caelum ascendere, si aut natura pinnarum concessisset aut semita. Et quia mundum peragrando paruum sibi esse credidit, ideo tribus contentus sepulchri cubitis obdormiit. Discat ergo ex hoc humana natura nihil esse de potentia praesumendum, ex quo mors communiter heres est potentum et pauperum. Uidit enim et Aethiopicas uires et Atlanticas moles et Foebeos ignes et Scythicas glacies. Sed quid profuit omnia inuicta uincere et seruili ueneno succumbere. Huius actus huiusque mortem qui semper mente considerat, moriturum se esse non credat; numquam enim mortis malo terretur qui alieno malo considerato corrigitur.

## XI.

Fracto ergo Persico Macedonicoque imperio ecce paruum *abest L* adhuc ex increpundiis Roma subrigit uerticem turpi admodum criminosoque mancipata principio. Nam Rea geminorum mater, ex opere concors cum nomine, quae quidem | non ex Marte deo compressa peperit — quamuis etsi Mars 41 esset, deus esse non posset —, tamen consueuerat uana semper paganorum antiquitas procreatos ex fornice deorum natos adscribere, quo meretricum crimina diuina uestirent iniuria: uere marmorea atque insensata diuinitas, quae sua addictione uniuersas uestiret criminum causas. Tamen quorum principatum Romanus ordo tripudiat et ad dedecus potius suae natiuitatis etiam historia currente scribere quoque non cessat, criminosa matre editi, criminosa nutrice producti, criminosae etiam uitae operibus non destiterunt frui.

---

18 *cf.* Oros. VI 1, 14

---

1 effectus *P* 3 pennarum *RS* semitam *S* pinnarum ⟨usum⟩ concessisset aut semitam? *He* 6 nichil *S* 8 uicit *O. Jahn mus. Rh. XXIII 140* ęthyopicas *S* et *om PR* athlanticas *RS* 9 phebeos *S* sciticas *R* scyticas *S* 10 in uita *S* 13 corrigit *R* 15 ergo] g *S* 16 uertice *PR* 17 mancipataque *R* 18 ex *PR* est *S* 19 si *om R* 22 asscribere *S* 25 principatu* *R* principatu *S* 26 hystoria *R*

Digitized by Google

H.

abest L Denique ne a facinore coeptum primordium facinorosum caruisset augmentum, fraterno sanguine murorum prima rubuere fundamina, ut fratricidii cruore sancita magnificae urbis uerecundentur principia. Ecce etiam sacrarium criminibus uindicandis construitur, et ubi iustitia sanctitasque exerceri debuerat, inde facinorum nefanda purgantur. Fit exercitus criminum fructus et impunita iniquitas fit senatus; et ne disparia suae uitae sortirentur conubia, turpatis matrimoniis rapina facta est paranimfa. Quod in huiuscemodi nuptiis esse poterat gaudium: maeret sponsa quod rapitur, socer aestuat quod praedatur, socrus ingemit quod orbatur, et ne etiam in raptore quodpiam existeret gaudium, necdum est securus sponsus ne pugnando fiat diuortium. Quid post haec referam natos Brutum inbrute necantem, externi matrimonii Tarquinium corruptorem, ubi ferrum matrona testem sui adhibuit criminis et quia uiuere diffamata non poterat, ante in se nefas quam in conmissoris
*42* sanguine | uindicauit. Omitto Fabium Metenniae interfectorem potius quam maritum, qui paruo contactam mero coniugem trucidat et resignatae ynotece parricidanti cruore sacrificat. Quid referam Curtium offam uoraginis et terrenae abruptionis; hiatum quid profuit saturasse armati incitamento decoris: nunquam terra sarciret quod ruperat, dum tamen uanus non omitteret quod uiuebat. Exurit Mucius inefficaciter dexteram et quia praeferri inaniter concupit, curtatus brachio inaniter uixit: quam fatua

---

18 *cf.* Plin. nat. hist. XIV, 13  Val. Max. VI 3, 9

---

1 facinoroso *S*  2 augmento *S*  3 $\overset{\text{nt}}{\&}$ *S*  7 exercitiis *vel* exercitus ω exercitiis crim. fruct. ⟨magistratus⟩? *He*  8 turbatis *S*  9 paranimpha *RS*  12 exsisteret *P*  13 diuortiis *PR*  14 [in]brute? *He*  16 adhibuit testem sui *S*  18 fauium *P* fauum *R*  met tennię *R* metemnię *S*  20 resignat eynotece *P* resignat eynotete *R* resignaternoce *S* *em He* ob resignatam oenothecam *Reiffersch.*  22 saturitasse *R*  23 sarcire *R*  24 amitteret *S*  26 cupit *m. 2 add* con *P*

Digitized by Google

H.

uanitas sacrificat uanae famae miseri sui corporis poena *abest L* et ut nomine tantum opinatus existeret, membrorum facta est turpata ruina. Quid referam Cannense interitum terno modio digitorum exuuiis diffamatum, dum Carthago Romanis potentatibus utitur et Cremera senatoriae mortis diffusionibus augmentatur, quid urbis inruptum anserinae uocis indicio erutum, quid Marianae pestis scidium ciuico sanguine satiatum. Feruet Pompeiana uictoria Mitridatis toxico, concursu piratico, Tigrane maerente Armenico, Pontico etiam Uiridomaro tristante captiuo. Primus igitur et Iudaicas opes praedo peruasit et dominici sacrarii ornamenta Romanis usibus subdidit. Quid referam Scipioneas Punici triumphi uictorias, dum opima Cartaginis antiquaque potentia sibi pugnando periit, Romae pugnanti proficit — Roma enim ante exhausta uincendo recuperauit quod perdidit, at uero Carthago ante uictrix nunc exusta et quod rapuit reddidit et quod habuit perdidit —, quid Corinthicae maiestates uictoriae, quid Cimbricas mortes, Teutonicas rabies; et ne omnia prosequar: creuit Roma semper suo studens dispendio et dum si|bi parcere non *43* nouit, domina effecta est mundo. Quantum Romano sanguine satiatus est Uiriatus, aspersus est Poenus; omitto nefas Partiacum, aurata morte principem condemnatum, ubi auaritia quod iniusto uoto quaesierat iusta poena repperit et cupiditas dum concupitis fruitur *b*i*b*endo non uixit, — nouum, fateor, Persarum iudicium, ut cupiditas dum ex id quod desiderat fieret saturata, ipsa sibi saturitas facta est poena. Quid Caesar, qui fatigato tot triumphis succedentibus mundo ipse tantum indefatigatus

---

23 *cf.* Plin. nat. hist. XXXIII 48 Serv. ad Verg. Aen. VII 606

---

1 fama miseris *P* 2 opimatus *Reiffersch.* 3 cannesę *suprascr:* caudinę *S* 4 exubiis *RP* (*m. 2 add* s *supra* u) cartago *S* 6 diffinitionibus *S* defunctionibus *Reiffersch.* 7 discidium *S* ciuili *S* 9 pyratico *S* 15 profecit *S* 16 cartago *R* kartago *S* exhausta *S* 18 corinticę *R* corintycę *S* cymbicas *S* 19 theuthonicas *P* 21 mundi *S* 23 condempnatum *RS* 25 uiuendo *ω* bibendo *Reiffersch.* 27 ex eo quod *S*

Digitized by Google

H.

*abest L* ciuico sanguini non pepercit, quia iam exterum quem funderet non inuenit, paruum credens, si dimidio mundo regnasset, nisi etiam totum genero interfecto peruaderet. Romanum ergo imperium suo exteroque sanguine enutritum, cuius semper iniuriis aut dandis uacuat aut accipiendis [non uacuit], creuitque semper alieno damno aut suo potius detrimento.

## XII.

*abest M* Noua saeculi aetas interuenit nostris libellis desiderabiliter exoptanda, cuius aduentu radiante lustrati, suauia Christi nascentis crepundia libro currente narrentur necesse
44 est, quippe ex quo et lux refulsit in tenebris, glo|ria in excelsis, pax in celis et letitia exorta est iustis. Ecce oc ut angelus edicit, pastor audit, Chaldeus agnouit, Erodes expauit. Quid ergo cessas, lingua? Erisne tacita tui conditoris in aduentu perducta? Quo reatu teneberis, si uociferantibus angelis tu tacebis? Ecce igitur descendit ros uerbiale coruscans in negotio, latens in uerbo. Pulsat auditos uirgineos caelestis coniugii disponsator, ubi naufragia non passurus est pudor. Indicit nuptias in quibus nec diuinitas patris polluitur nec genetricis integritas uiolatur; fit aure casta conceptus, fit plenitudo uteri et nullus est pondus; et sic intacto pudoris sigillo prosilit partus. Sed ecce quid in hac desponsatione sacer pro-

---

11 *sqq. cf.* Luc. 2 12 *sq. cf.* Luc. 19, 38 18 *sqq. cf.* Luc. 1, 26 sqq.

---

1 ciuili *S* sanguine *R* 4 enutritum est *S* cui *RS* cuiu (*al. m. add* s) *P* quia *Keiffersch.* 5 uacuat (*suprascr* i *m. rec.*) *P* uacuit *R* uacauit *S* 6 non uacuit *PR om S ut schol. ad* uacuat *additum del He* dāpno *S* 10 exobtanda *P* 11 narrentur *pro* narremus *quia* m *abesse iubetur* 13 celis] terris *S* oc ut *S* ocu ut *R* ōcu ut *P* 14 cahldeus *P* herodes *RS* 18 ros uerbialis *S* ros uere uitale? *He* 19 auditus *S* dispensator *R* dispensator (*corr.* e, o *suprascr*) *S* 20 indicat *S* 21 genitricis *S* 23 nullū *S* 24 despensatione (o *suprascr*) *S* sacra pronuba *S*

H.

nubus edicat, agnoscatur. ‘Aue’ inquit ‘gratia plena’, et *abest M* illud quod sequitur. Fateor, tractans hoc ipsud obstipui, in desponsationibus suis quos ordines habeant caeli. Ecce ut uideo, nulla adhuc petendi fit enarratio, nulla de uocabulo sponsi cognitio, nulla de dotis quantitate conlatio: et gratiae fructu grauidata est uirgo. Sed ecce dotis celsitudo nuper edicitur et desponsator qui fuerit declaratur. Dicit angelus: ‘Spiritus sanctus superueniet in te’: ecce significatio certa uocabuli. At uero: ‘Regni eius non erit finis’: quae erit ultra dos ab hac dote superior, regnandi perennitate concessa. Post haec radiata in nostro saeculo diuina nituere crepuscula; exulat de nostris sensibus quidquid tenebrosa fuscedine caligabat; recedit tristitia, fugatur angustia, ne consisteret regis procedentis in uia. O gratus et purus aduentus; si ut rex descenderet, fortior regibus appareret, si ut deus Iudeis claresceret, si ut ineffabilis sapientia | scribas Fariseosque conpungeret; sed ut lenis *45* pastoribus apparuit, ut caelestis Caldeis inluxit, ut non superbus piscatores instruxit. Accessit egrotantibus diuinae salutis potentia et stupenda in saeculo radiata sunt opera. Denique nuptialis aqua uinolentis ruboribus debriatur; Tiberiadis unda pedestri Petro fit durior strata, discit terra parturire oculos praegnante saliua, discit fons sanguineus christificae uestis adtactu perenni constrictus gelare catena, adulterae uenia terrae conscribitur, leprae sordicula uerbo purgatur, latronis corona de cruciatu conquiritur. Et quid pluribus: suis cadauera pedibus gradiuntur, suis egrotis lectuli deportantur; praestat Petro piscis pecunias, cui nulla substantia, et hic in prandiis decoctus crescere

1 Luc. 1 28 (‘*Maria*’ *et* ‘do*minus* tecu*m*’ *omittenda erant*) 8 Luc. 1, 35 9 Luc. 1, 33 21 *cf.* Ioann. 2 22 *cf.* Matth. 14, 25 sqq. 23 *cf.* Ioann. 9, 6 Matth. 9, 20 25 *cf.* Ioann. 8, 8 Matth. 8, 2 26 *cf.* Matth. 27, 38 27 *sq. cf.* Luc. 7, 11 Ioann. 5, 9 Matth. 17, 27

2 ipsū obstupui *S* 5 totis *P* 7 desposator (n *add m 2*) *P* despͦensator *S* 8 superueniat *P* 12 exultat *P* quicquid *RS* 17 phariseosque *RS* sed ut et *P* 18 chaldeis *RS* 21 *a* ruboribus debriatur *denuo incipit T* 28 egrotas *P*

H.

